Ex hoc titulo ꝓponit actio his q̄bꝰ reſtituta ē hereditas.Nā q̄cūq̄ ſuſcepit reſtitutā hereditatē ex ſenatuſcōſulto trebelliano:fidei cōmiſſaria hereditatꝭ petitiōe vti poterit ꝯtra poſſeſſores.⁊ dāt ei eedē actiōes q̄ heredi ⁊ ī he. cōpetūt.

# Liber Sextus.

## De rei vendicatione.

DE vniuerſali iudicio ſuꝑdictū ē nūc de ſinglari.Eſt aūt rei vēdicatio actio q̄ dat ſola rōne dominij vel

Rei vēdicatō q̄ſi.⁊ poſſeſſiōis vl q̄ſi.⁊ optet vtrūq̄ īteruenire:ſcȝ ex ꝑte actoꝛꝭ dn̄m vl q̄ſi.Et ex ꝑte rei poſſeſſio vl q̄ſi vt qꝛ dolo deſierat poſſidere.vt ē glo.no.īſti.ď acc.§.j.ī ꝟ.poſſideat.Et appellat hec actio al's ī rē:⁊ tūc

In remactio. cōpetit qn̄ rē tradi vl dari ē in obligatiōe.i.qn̄ rē nō ꝑſonā dico mihi eē debitā.⁊ hȝ iſta in rē actio locū ī oībꝰ rebꝰ mobilibꝰ tā aīalibꝰ q̄ꝫ ī his q̄ aīa carent.et in

Ad q̄d dek. his q̄ ſolo cōtinēt.i.īmobilia ſunt.Et ꝑ hāc actionē nō ſolū ſingl'e res vēdicant:ſȝ etiā grex.⁊ armētū.⁊ eq̄tiū.Et cōpetit ei q̄ aut iure gētiū.aut iu.ciuili dominium acq̄ſiuit.Et eſt duplex rei vēdicatio.vna directa d e q̄ hoc titulo.Alia vtilis

Cui cōpetat de q̄ īfra.i.ti.ſi ager ver.⁊ dat iſta vtilis rōne q̄ſi dominij:vt emphiteote ſuꝑfi

Rei ven.di. ciaria.ꝯductori vectigaliū.dūmodo ad modicū tp̄s conduxerit.

Utilis.

## De publiciana in rem actione.

Publiciam. Iſta actio publicaina dicta ē a publicio p̄tore q̄ eā īuēit:vt eſt tex.inſti.de acc.§.alie.Et dat qn̄ q̄s petit id qď traditū eſt ex iuſta cauſa a non dn̄o:⁊ dum vſu

captũ eſt. Nã ſi eſſet vſucaptũ vel pſcriptũ: non cõpeteret hec actio: qꝛ publicia-
na dño non datur. Completa autẽ vſucapione: eſſet verus dñs de iure ci. et idõ
ſibi daret rei ven. Et vt det publiciana quinqꝫ ſunt neceſſaria. ſcꝫ traditio vl' q̃ſi — *In publiciana q̃ neceſſaria.*
qd dr ꝓpter incorporales que tradi nõ pñt vt infra: d ac. re. do. l. fu⁹. § incorpo
rales. Scdo ꝙ ex titulo apto. id eſt iuſta cauſa ad mutationẽ dominij. puta ven-
ditiõe. vel ſimilibus infra. e. q̇cunqꝫ. in pͥn. Tertio ꝙ a nõ dño accepit. nã alias
dominiũ eſſet trãſlatũ vt infra. e. l. j. ſ. j. Quarto ꝙ bona fide accepit: vnde cre
didit ſe dñm factum eſſe tũc. vt ĩfra. de ac. re do. l. eũ qui a furioſo. § ptor. Quin
to ꝙ credidit ſe hodie cũ eam ꝓponit dominũ non eſſe: alias ſibi eſſet ꝯtrarius.
Sed ex his q̃nqꝫ duo ſunt difficilia agenti: ſcꝫ ꝓbatio traditionis: et tituli. reliq̃
cõſiſtunt in intellectu agentis cũ ſit de ſua ꝯſciã q̃ per teſtes ꝓbari nõ poſſunt ſed
ꝑ iuramentũ vt ẽ glo. in. l. fulcini⁹. § quid ſit latitare infra. ex qui. cau. in poſſ.
ea. de hoc glo. inſtitu. de acc. § alie. in v̄. dicit. Jo. an. in addi. Speti. de ꝓprie
. ſ. nunc dicendũ. v̄. primo ꝛ. ti. de acc. § ij. v̄. q̃d ſi velis.

## Si ager vectigalis vel emphiteotecarius petat.

Coniunctio. vel in hoc titulo ponit̃ expoſitiue ꝓ. id eſt. nam idem ſunt. Et di — *Ager vectigalis.*
citur ager vectigalis. nam redditus ſiue penſio ꝓ eo pͥſtatur: id eñ ſolemus ve-
ctigal appellare. Omẽs aũt agri aut ſunt vectigales. aut non vectigales. Vecti
gales vocant̃ q̃ in ꝑpetuũ locantur. id eſt hac lege vt q̃diu ꝓ his vectigal pẽda
tur. id eſt ꝑſoluatur: tãdiu neqꝫ ipͥs qui cõduxerint. neqꝫ his qui in locum eorũ
ſucceſſerint auferri eos liceat. Non vectigales ſunt: qui aut a nobis excoluntur.
aut ab alijs ꝓuatis. quẽadmodũ agros noſtros colendos dare ſolemus: puta in
annum. Qui ergo in perpetuum agrũ conduxerit: licet non efficiatur dñs: com
petit ei tamẽ in rem actio vtilis: aduerſus quẽuis poſſeſſorem etiaꝫ aduerſus ve
rum dominum: ita tamẽ ſi vectigal ſoluat. Emphiteoſis autem latine dicitur me
lioratio vt dicit glo. inſti. de loca. § adeo. de quo dicemus. C. de iur. emphi. — *Emphiteoſis*

# Liber Septimus.

## De vſufructu ꝛ quẽadmodũ quis vtatur.

Vſufructus eſt ius. id eſt ſeruitus ali — *Vſufruct⁹.*
enis reb⁹ vtendi fruendi ſalua rerũ ſubſtãtia. Eſt eniꝫ vſufructus
ius in corꝑe q̃ ſublato ꝛ ipſum tolli neceſſe eſt. Et eſt duplex vſu
ffructus formalis ꝛ cauſalis. Formalis eſt de quo hic loquimur: — *Formalis.*
qui eſt ſeruitus: qñ ſeparatus eſt a ꝓprietate. Cauſalis autem eſt — *Cauſalis.*
qui cum ſua cauſa. id eſt ꝓprietate cõiunctus eſt. Conſtituitur vſufructus mul
tis modis: vel in teſtamento: vel inter viuas: per pactiones et ſtipulationes. Et
conſtituit̃ non tm̃ in fundo vel edibus verũ ꝛ in ſeruis et iumentis. ceteriſqꝫ re-
bus. Et eſt emolimentũ vſufruct⁹ maximam. et attenditur ſm̃ qualitatẽ rei. Si — *Vſufructuarij cõmodũ*
eñ conſtituitur vſufruct⁹ in pͥdio ruſtico: q̇cq̇d in fundo naſcit̃: quicq̇d inde ꝑci
pi poteſt. vl' ipͥa natura vl' induſtria hoĩs: ipͥiuſ fructuarij eſt. ſic tamẽ vt fruatur
arbitratu boni viri. Recte eñ colere cogi poteſt. Aucupari ꝛ venari poterit in
pͥdio. ſi tñ fruct⁹ pͥdij ſit in venatione puta erat vinariũ vel ſimile vt infra. eo. l.
vſufructuariũ. § j. ꝛ de vſur. l. venationeꝫ. Et ſi erat ſilua cedua ex ea poterit ce-
dere ꝛ vẽdere. Si non erat cedua: grandes arbores cedere non poteſt. Cedet



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tamē pedamēta ⁊ ramos ad vineam ſuā vel ad quālibet neceſſitatē ſuā: dum tñ fundum nō faciat deteriorem infra. e. l. item. ſi fundi. in prin. ⁊. §. aucupationum et. ff. vltimo. et. l. ex ſilua.

## De vſufructu accreſcendo.

Accreſcendi ius.

¶ Quādoq; vſufructus legat⁹ eſt duob⁹ cōiunctī: ⁊ tūc eſt inter vſufructuarios ius accreſcendi. vno enim nolēte aut repudiante partē ſua n: totum accreſcit ſuo ꝯfructuario. Si aūt ſepatī vnicuiq; ꝑtil vſufruct⁹ ſit relict⁹: ſine dubio iuſ accreſcendi ceſſat. Itē q̄ vocant ad vſufructū nō ex vbis teſtatoris: ius accreſcendi nō habēt infra. l. j. ff. fi. Similiter inter legatariū pure ꝓprietatis et legatarium vſuſfructus nō eſt loc⁹ iuri accreſcendi. l. ij. infra. e.

## Quibus modis vſuſfruuctus amittatur

Vſuſfruct⁹ amittitur.

¶ Vſuſfructus amittitur q̄nq; modis. Primo morte naturali ipſius vſufructuarij. Secundo capitis diminutiōe maxima vel media. Tertio ſi vſuſfructuarius non vtatur ꝑ modum et tēpus. id eſt ꝑ arbitrio boni viri vel id eſt per moderatum tempus puta per decem annos inter preſentes: et viginti inter abſentes. Quarto per conſolidationē vel cōfuſionem rei. id eſt ſi vſuſfructus formalis redeat ad ſuam cauſam. id eſt ꝓprietatem. qd tunc fit quando fructuariuſ nāciſcit ꝓprietatem vt infra. e. l. ſi ſeruus. vel quādo vſuſfructuari⁹ cedit vſumfructum ꝓprietario. Nam extraneo cedendo nihil ageret. Quinto rei mutatione vel interitu. Si enim vſufructus edium mihi conſtitutus eſt et edes corruant vel exuſte ſint in totum: ſine dubio extinguitur vſuſfructus: in tm̄ vt nec aree. nec cementorum vſuſfructus amplius debeat. inſti. e. ff. fi.

## De vſufructu earꝫ rerū q̄ vſu conſumūt vel minuunt.

Vſuſfruct⁹ rerū q̄ vſu conſumuntur.

¶ Omnium rerū cōſtitui poteſt vſuſfructus. que in patrimonio cuiuſcunq; conſtare poſſunt: ideo etiā earꝫ rerū q̄ vſu tollunt vel minuunt vſuſfructus conſtitui poteſt: ſicut eſt vinū. oleum. frumentū. veſtes. aurū. argentū. q̄b⁹ ꝓxima eſt pecunia nu nerata. q̄ aſſidua ꝑmutatione q̄ſi extingui videt. Eſt tñ im ꝓprie in his rebus vſuſfructus: q: nō poteſt eſſe vſus vini vel frumēti. ſalua rerū ſubſtātia. Vtilitatis tū cauſa ꝑmiſſum eſt: vt ⁊ in his rebus vſuſfructus ꝯſtituat. Et ab vſufructuario cautio deſiderāda eſt: vt q̄ncūq; ille morit aut capite diminutus ſit eiuſdē q̄litat. i. bonitatis ſiles res reſtituāt: aut eſtimatis rebus illis. certe pecunie noīe iuxta valorē earūdem caueat. Perit ḡ talis vſuſfructus ſolū duob⁹ modis: morte ſcꝫ et capitis diminutione.

## Si vſuſfructus petat vel ad aliū ꝑtinere negetꝫ.

Vtifrui.

Cōfeſſoria.

¶ Si fructuario fundo. ſeruitus aliqua debeat: vſuſfructuari⁹ q̄dē ſuitutē non vēdicabit: ſed vſumfructū. Ac per hoc viciniū ſi nō patiat eū ire agere. cōpellere ꝑt. q̄ſi non patiat eū vſufrui. Et ꝯſequenter oīa adminicula ad vſufructuariū ſpectāt. ſiue q̄bus vtifrui q̄s nō poteſt. Vtifrui ius ſibi eſſe ille ſolus poteſt intendere q̄ hꝫ vſumfructū: dn̄s aūt fundi nō pōt: q: qui habꝫ ꝓprietatē vtēdi fruēdi ius ſepatū nō hꝫ. Sūt aūt ꝑ vſufructu ꝓdite actiōes ꝯfeſſoria ⁊ publiciana: que dant ei q̄ vſuſfructuari⁹ ē. Et dat ꝯfeſſoria ei cui ꝯſtituit vſuſfructus a dn̄o: publiciana aūt dat ei. cui ꝯſtituit a nō dn̄o ⁊ ꝓdite ſunt ad ſilitudinē rei vēdicatio

Publiciana.

nis. Dant em̄ rōne dominij vel quaſi et poſſeſſionis vel q̄ſi. Rōne dominij cōpetūt directo ei q̄ dn̄s eſt fūdi, cui acq̄rit ſuitꝰ Rōne q̄ſi dominij cōpetūt vtilit ei q̄ nō eſt dn̄s: ſed hꝫ ius in re: puta creditoꝛ ⁊ fructuarius vl ſupficiariꝰ vl ſilis vt infra. ſi ſui. vē. l. ij. §. hec autē. ⁊ d remiſ. l. j. §. itē iul. et de ſupfi. l. j. §. vlti. Itē dant rōne de poſſeſſionis aduerſꝰ eū q̄ poſſidet agrū debentē ſuitutē vt īfra e. l. vbi. §. vtrū. vel quaſi poſſidet: vt ſi dolo deſierit poſſidere. vl ſi liti ſe obtulit vel ſi ſit ſupficiarius agri debentis ſeruitutē infra. e. l. vlt.

## De operis ſeruoꝛum.

Opera ſerui.

Opere ſeruoꝝ eiuſdē modis q̄bus vſufructum diximus ꝯſtituunt. Libertis autem aliter ſit impoſitio operaꝝ. vt dicemus. infra. de op. lib. Si igit in ſeruo cōſtituit opa: habet ius in perſona ille cui debetur opa. Sicut et ille cui debetur vſufructus vel vſuſ. Et ideo opere ſeruoꝛum inter perſonales ſeruitutes conputantur. Et cōſiſtit opera ſerui in actu. id eſt miniſterio vel diurno officio. Et oīs fructus hominis in operis conſiſtit: ſic econtra in fructu hominis ope ſunt. Et vt in ceteris rebus fructus deductis neceſſarijs impēſis intelligitur: ita et ī operis ſeruoꝛū. Cui ḡ legtae ſunt ope ſui: ille vſum eiuſdē habere intelligitur.

## De vſu et habitatione.

Vſus rerum.

Non ſolum vſuſfructus vt ſupradictū eſt: ſed etiā nudus vſus. id eſt ſine fructu conſtitui pōt. qui ⁊ ipe ijſdem modis conſtitui ſolet q̄bus ⁊ vſuſfructus. Cui ergo vſus relictus eſt: vti poteſt: frui vero non. Et ſi cui domus vſus relictus eſt poteſt cū cōiuge ſua. ⁊ familia. et libertis ibi habitare: poteſt etiā hoſpitem recipere et inquilinum. dūmodo ipe inhabitet. Nam ſine eo. nec hi quidem habitare pn̄t. neqꝫ locabit neqꝫ cōcedet habitationē ſine ſe: nec vendet vſum. Si autē habitatio legetur: tūc effectu q̄dam pene idem ſunt. legatū vſus. et habitationis. Sed in hoc differūt: quia habitatio poteſt locari. vſus vero non. Item qui habꝫ vſum, plenius ius habet: q̄ꝑ qui ſimplicem habitationem: quia cui vſus eſt datꝰ: ille preter habitationem ius habet de ambulādi et geſtandi et lignis ad vſuꝫ q̄tidianum et oꝛto et pomis et oleribus et floꝛibus et aque vtet. ad vſum ſuum nō ad abuſum. Et eſt habitatio perſonalis ſeruitus ſicut vſuſfructus. et eodem modo conſtituitur ſed in domo tantum. Et relicta habitationem videtur eſſe relicta in vitam hominis. Niſi breuius ſtatuatur tempus. Nō aūt extinguit nō vtēdo vel capi. di. vt inſti. e. §. ſed ſi cui. et. C. eo. l. cum antiq̄tas.

Habitatio.

## Vſufructuarius queadmodū caueat.

Caucio vſufructuarij.

Si alieni vſuſfructus legatus eſt: equiſſimū eſt vt de vtroqꝫ caueat. ſcꝫ ſe vſurum boni viri arbitratu. Et cū vſuſfructus ad eum pertinere deſinet. ſe reſtiturū qđ inde extabit. Et interponit hec cautio ſiue res ſit mobilis ſiue immobilis. Et continet iſta ſtipulatio qua cauet ſe perceptum iri vſumfructum boni viri arbitratu: hoc eſt: non deterioꝛem cauſam ſe vſuſfructus facturum: ceteraqꝫ q̄ in re ſua facere diligens paterfamilias. Et iſta cautio habet duas cauſas. vna ſi aliter quis vtatur q̄ꝑ vir bonis arbitrabitur ⁊c̄. Alia de vſufructu reſtituendo. quaꝝ ꝑoꝛ ſtatī cōmittet poſtq̄ꝑ aliter fuerit vſꝰ: ⁊ ſepiꝰ cōmittit. Sequēs cōmittit finito vſufructu. Et interponit hec cautio etiam ſi vſus ſine fructu legatꝰ eſt: vel ſi habitatio vel opere hominis vel cuiuſcunqꝫ alterius animalis relicte fuerint.

# Liber Octauus.

## De ſeruitutibus.

Seruitutes ꝑſonales.
Reales.
Prediales

OMnes ſeruitutes aut ſunt ꝑſonales: aut ſũt reꝝ q̄ reales dicũt Perſonales dicunt vſuſfruct⁹: vſus: habitatio: ope ſiue miſteriũ ſuoꝝ. Et dicunt ꝑſonales. q꜡ ꝑſonis debent ⁊ ſemp cũ ꝑſonis finiũt. Reales aũt ſuitutes ſiue reꝝ: q̄ meli⁹ dicunt p̄diales eo ꝙ rei appellatio nimis ē larga cõplectẽs etiã ĩmobilia ⁊ incorpalia infra ſi certum petat. l. j. predij. ⁊ vero nomine immobilia tm̄ cõplectit. Et tales ſũt due: vrbanoꝝ p̄dioꝝ: ⁊ ruſticoꝝ. Et iteꝝ ſuitutes p̄dioꝝ alie ĩ ſolo ꝯſiſtũt. i. in ꝓprietate fundi. alie in ſuperficie. id eſt in materia ſupedificata.

## De ſeruitutibu s predioꝝ vrbanorum.

Urbanoꝝ p̄diorum.

Urbanoꝝ p̄dioꝝ iura ſunt alci⁹ tollẽdi ⁊ officiẽdi luminib⁹ vicini aut nõ extollẽdi Itẽ ſtillicidiũ auertẽdi in tectũ vł in areã vicini. aut nõ auertẽdi. Itẽ imittendi tignũ in parietẽ vicini aut ꝓijciendi aliq̄d. aut ꝓtegẽdi: ceteraꝗ; iſtis ſi̾lia. Et dicunt p̄dia vrbana oĩa edificia vbicũꝗ; poſita etiã ſi in villa ſint. Et dicunt vrbane ſuitutes. q꜡ p̄dijs vrbanis debent. Nã ad hoc ꝙ ſit ſuitus vrbana neceſſariũ eſt ꝙ ſit p̄dium vrbanũ cui debet ſuitus: ⁊ ꝙ ei debeat vt vrbano. Si enim iter vł via q̄ ruſtice ſunt ſuitutes debeant domui: tñ q꜡ deberi poſſunt non intuitu edificij: ſ; ſoli. nihilomin⁹ dicẽt ruſtice ſuitutes ar. infra. ti. px. l. certo generi

Seruitutes

## De ſeruitutibus ruſticorum prediorum.

Ruſtica p̄dia.
Iter.

Ruſticoꝝ p̄dioꝝ ſuitutes ſunt q̄ p̄dijs ruſticis debent Et ſunt he. iter. act⁹. via aq̄duct⁹. Iter eſt ius eundi ambulãdi hoĩs: nõ etiam agẽdi iumentũ vel vehiculuz. ſiue q̄ homo eat ſolus. ſiue vehat ſella. vel lectica. vel equo vel quouis aĩali iter dr̄. Seorſum vo a ſe nõ pt agere iumentũ vel vehiculũ ducere qui iter tm̄ habet in inſti. e. in p̄n. Actus eſt ius agẽdi vel iumentũ vł vehiculũ. Ita qui iter h; actũ nõ h;: q̄ actũ h;: iter h; id eſt cõmoditatẽ itineris. eoꝗ; poteſt vti etiam ſine iumẽtis: nõ tñ h; duas ſuitutes vt infra de annu. le. l. j. Uia eſt ius eundi agẽdi ⁊ ambulãdi. Nã ⁊ iter ⁊ actũ in ſe via ꝯtinet vt inſti. e. §. iij. Sed hoc amplius hab; q̄ actus: q꜡ vie latitudo in porrectũ octo pedẽs habet: in amphractuẽ. id eſt vbi flexũ eſt ſedecim. Latitudo aũt actus ⁊ itineris: ea eſt q̄ demõſtratam ꝙ ſi nihil dictũ ē: hoc ab arbitro ſtatuẽdũ ē. Itẽ ille q̄ viã h; ius trahẽdi vł lapidẽ vel trabẽ vel ferẽdi rectã haſtam habet. q̄ nõ pmittunt ei q̄ h; actũ: ſpectat eñ ꝙ fruct⁹ eo modo poſſunt ledi. Aqueduct⁹ ē ius aque ducende p fundũ alienũ. ſiue fiſtula vtatur aq̄ ſiue q̄libet alio fictili inſtrumẽto: nõ tñ lapide ſtrato. Inter ſuitutes ruſticoꝝ p̄dioꝝ cõputat etiã aq̄hauſtus. id eſt ius hauriendi aquã de puteo vel fonte vicini. Item pecoris ad aquã appulſus. id eſt ius appellendi pecora agri mei per p̄diũ vicinũ ad fontẽ vel puteũ. Ius paſcendi pecora cibi cauſa. Calcis coquẽde. ⁊ arene fodiẽde: vt ex his fiãt vaſa vł inſtra vel granaria vł edificia ĩ meo p̄dio vicino: q̄b⁹ fruct⁹ p̄dij mei reponent vł exportẽt vel q̄d ſiĩe fiat: qḋ ad culturã vel fructũ agri mei pcipiẽdũ neceſſariũ eſt. Et eſt hoc generali in oĩni p̄diali ſuitute ꝙ hacten⁹ teneat eaꝝ cõſtitutio: q̄ten⁹ expediat p̄dijs. id eſt ad fructus eoꝝ pcipiẽdos. ⁊ ideo etiã dicunt p̄diales.

Actus.
Uia.
Aq̄ductus.
Aq̄hauſtus.
Appulſ⁹ pe.
Paſcendi.
Calcis coq̄n.

## Cõmunis p̄dioꝝ tam vrbanoꝝ q̄ ruſticoꝝ.

¶ Que ſint ſpẽalia vrbanis ⁊ ruſticꝭ p̄diis ⁊ q̄d ꝓpꝛij. iuris ſingula habeãt in p̄cedentib⁹ titulis tractaẽ. Sed qꝛ in q̄buſdã vrbana ⁊ ruſtica p̄dia ↄueniunt. et quandã cõmunionẽ inter ſe hñt. iõ tractaẽ in hoc ti. q̄ ſint cõia vtriſq̧ ſeruitutibus Illud tñ ſciendũ q̄ ſuitutes p̄dioꝝ oĩm: ab eo denoĩate ſunt q̄ſi ſine p̄diis cõſtitui nõ pñt. Nemo eñi p̄t ſuitutẽ acq̄rere vel vrbani vel ruſtici p̄dij: niſi qui p̄diũ habet. Nec quiſq̄ debere niſi qui et ipſe habet p̄dium — *p̄dioꝝ ſeruitus quare*

## ¶ Si ſeruitus vendiceẽ vel ad aliũ ptinere negeẽ

¶ Oĩes actiões cõpetẽtes ꝓ ſuitutib⁹ ruſticis vel vrbanis eoꝝ ſunt quoꝝ ſunt p̄dia. ⁊ iõ qꝛ parꝝ eſſet ſuitutẽ hebere niſi eius noĩe poſſet inſtitui actio: ideo de actionib⁹ noĩe ſuitutũ vel occaſione earũdẽ cõpetẽtib⁹ tractat hic titul⁹ Dantur aũt ꝓ ſuitutib⁹ due actões tã ↄfeſſoria ei q̄ ſuitutẽ ſibi cõpetere cõtendit: q̄ negatoria que dño q̄ negat datur: de q̄bus diximus ſupra ſi vſus. pe. — *Cõfeſſoria negatoria*

## ¶ Queẽadmodũ ſeruitus amittatur

¶ Quib⁹ modis ⁊ qualiẽ ſuitus nob acquiraẽ in p̄cedentib⁹ expoſitũ eſt. Sed qꝛ nihil adeo ſtabile aut firmũ in hũanis reb⁹ eſt qđ nõ patiaẽ aliquã ĩmutationẽ. ideo etiã queẽadmodũ ſuitutes amittanẽ aut pdanẽ videndum erit. Et p̄mo p ↄfuſionẽ. vt ecce ſi p̄diũ tuũ ſuiat mihi. ⁊ ei⁹ dñiũ ſim nact⁹ i ſolidũ: vel tu i ſolidũ nact⁹ es dñium mei: extinguitur ſuit⁹. Sec⁹ ſi cõmunicarẽ tibi meũ ꝓ pte iura aũt p̄dioꝝ morte. ⁊ capitiſ dimi. nõ pereũt. Oẽs aũt ſuitutes p nõ vſũ ſcꝫ. x annoꝝ inter pñtes. ⁊ viginti inẽ abſentes amittunẽ. excepto itinere ſepulchro debito. ⁊ via publica. que ſiliter nõ perit nõ vtẽdo. Amittunẽ ſuitutes remiſſione. vt ſi debes ſuitutẽ alti⁹ tollendi. ⁊ pmiſerat tibi alti⁹ edificare vel ſi debeas ſuitutẽ ſtillicidij. imittẽdi in areã tuã. ⁊ pmiſerit tibi ĩ ea edificare. Vel ſi debes mihi ſuitutẽ p fundũ tuũ: ⁊ pmiſero tibi in loco ſuienti edificare vel aliq̄d facere. Et intellige hoc de remiſſiõe nõ de p̄caria ↄceſſiõe. nã illa nõ amittit ſꝫ retineri facit ſuitutẽ. ſupra cõia p̄dio. l. ſi p̄caria. ⁊. j. e. l. ſi ſtillicidij. Et p̄t ſuit⁹ retineri nõ ſolum p noſmetipſoꝝ. ſed ⁊ p ſocium ⁊ fructuarium. ⁊ bo. ſi. poſſ. ſatis eñ eſt fundi nomine itum eſſe. — *ſeruit⁹ amittiẽ*

# ¶ Liber Nonus

## ¶ Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur

Ex. xij. tab. voluit vſu q̄drupes diceret feciſſe pauperiẽ. i. dãnũ ⁊ veꝝ eẽt: q̄ aut id qđ nocuit. i. ipſum anĩal qđ noxiã cõmiſit: aut eſtimatio noxie. i. dãni offerreẽ. Paupies aũt eſt dãnũ ſiue iniuria faciẽtis datũ: nec eñi dici p̄t aĩal iniuriã feciſſe qđ ſenſu caret. Et tũc hꝫ locũ hec actio q̄ñ q̄drupes cõmota feritate. l. p̄ter naturã ſui gñis nocuit: puta ſi equ⁹ calcitroſ⁹ calce percuſſerit. aut bos cornu petereſolit⁹ petierit aut mula ꝓpẽ nimiã ferocitatẽ Si aũt ꝓpẽ loci iniq̄tatẽ. i. aſpitatẽ: aut ꝓpẽ culpã mulionis: aut ſi pl⁹ iuſto onerata q̄drupes in aliquẽ on⁹ eiecerit. ceſſabit hec actõ Itẽ ſi canis cũ duceret ab aliquo aſpitate ſua euaſerit. ceſſabit hec actio: ⁊ tenebiẽ q̄ canẽ ducebat dãni iniurie. Et ſicut iſta actio directe daẽ quando q̄drupes nocuit. ita vtils cõpetit q̄ñ aliud aĩal pauperiem fecit: — *Pauperies*

## ¶ Ad legem aquiliam

Aquilia lex

¶ Lex acquilia plebiſcitū ē: nā acq̃lius tribun⁹ pleb̄ eā a plebe interrogauit. ꝑ ponit̄ aūt ꝓpt̄ dānū actio legis acq̃lie vel dāni dati. Et dicit̄ dānū a demo vel a

dannum

diminutōe pr̄imonij vt. īfra. de dam. infec. l. iij. nā quodcūq̧ dixeris nō errabiſ Et locū hꝫ cū dānū culpa ē datū Si ḡ damnū nullo mō ſit datū vt q꞉ res inde nō eſt facta deterioꝛ: vel etiā facta ē inde melioꝛ ceſſat. acq̃lia vt ecce oliuā meā maturā decerpſiſti. vel ſegtē deſecuiſti maturā vl' vuas maturas: nō ꝓijciēdo eas ī terrā ceſſat aq̃lia Et erāt olim tria capitula ſiue capita hui⁹ legis: hodie ſūt duo tm̄ ſcꝫ p̄mū et tertiū: ſcd̄m aūt ī diſuetudinē abijt tertio ī ei⁹ locū poſito. Lege ac

pena aquilie

quilia capite p̄mo cauet̄ vt q̄ ſeruū ſeruā ve alienā: quadrupedē. vel pecudē alienā iniuria occiderit: q̄ti id eo anno plurimi fuerit: tantū ei⁹ dari dn̄o debet. Et ꝯtra inficiantē. i. negantē dat̄ hec actio in duplū. Et pecudis appellatiōe veniūt hic oīa pecoꝛa q̄ gregatim paſcunt̄ veluti. oues. capri. boues. eq̄. muli. aſini. et ſues. ¶ Canes aūt vrſi ⁊ leones ⁊ pāthere magiſ in nūero beſtiarū ſunt q̄ pecudum Tertio capite legis acq̃lie tenet̄. qui p̄ter hoīem ⁊ pecudē occiſuꝫ: damnū dederit puta ſi q̄s vſſerit: fregerit. ruperit iniuria. i. culpa q̄ti ea res erat in dieb⁹ triginta ꝓximis: tanti domino condemnabitur

## ¶ De his qui deiecerunt vel effuderunt

Effuſum
Suſpenſum
Eiectum

¶ Titulus iſte exponit̄. i. de his ex quoꝝ domo eſt aliq̄d deiectū vel effuſum: vl' qui deiecerūt vel effuderint q̄ vulgo iter fit: vel in q̄ ꝯſiſtit̄. quantū ex ea re damnū datū factū ve erit. in eum qui ibi habitauerit actio dat̄ Et ē publice vtile. imo ſūma vtilitas hui⁹ edicti: vt ſine metu ⁊ ꝑiculo ꝑ itinera ꝯmeari liceat Si q̄d etiā ſuſpenſum decidat ſiliter deiectū dicit̄: q̄uis nemo effuderit vel eiecerit.

## De noxalibus actionibus

Noxalis actio

¶ Noxales actiōes appellant̄ q̄ nō ex ꝯtractu ſed ex noxia. i. culpa atq̧ maleficio ꝑ ſuos nr̄os dato: ꝯtra nos dn̄os iuſtituunt̄ quarū actionū vis atq̧ ꝑtās hec eſt. vt aut ꝑ eſtimatōem damni ꝑ ſeruum dati dn̄s ſoluat: aut ſi eo grauatus fuerit liceat ſibi deditione. i. traditione iſtius coꝛꝑis quod deliquerat euitare litis eſtimationem: de materia huius ti. diximus ſupꝛa ſi ex. nox. cau.

## ¶ Liber Decimus

### Finium regundoꝛum

confinia

ACtio finiū regundoꝝ naſcit̄ qn̄ fines ceperūt turbari: ⁊ ꝓponit̄ ad diſtinctōem finiuꝫ ꝓprioꝝ cuiuſq̧ faciendā. Et hꝫ locū in ruſticis p̄dijs tm̄: In vrbanis aūt p̄dijs locū

vicina

hr̄e nō p̄t. q꞉ vrbana p̄dia ſibi non ſunt ꝯfinia Sꝫ magiſ dicūt̄ vicina. ff. e. l. iiij. §. hoc iudiciū. Cōfinia eṁ ea dicunt̄ q̄ adeo ſibi ꝓxima ſunt. vt nullus medi⁹ paries interponat̄ Sed vꝛbana ꝑietibus diſtingui conſueuerunt. Et ideo vbi nō poſſunt dirimi fines occaſione ꝯtrouerſie finitimoꝝ: ꝑmittit̄ iudiciū finium regundoꝝ. i. dirimendoꝝ. vel ſeꝑandorū quo caſu opus ē vt ex alterutrius p̄dio alij ad iudicandū ſit: ⁊ is cui adiudicat̄. ꝓ eo quod ei adiudicat̄ certa pecunia ꝯdemnandus eſt In iudicio finium regum. cōmuni. di. fami. herciſ. ſingule ꝑſone duplex ius habent: actoꝛis et rei.

### Familie herciſcunde

varius

¶ Quia ſepe nihil ꝓdeſt petere: niſi et liceret diuidere: Nā ſegnius expediunt cōmiſſa negotia plures vt dicit glo. in. l. ſi pl'es. īfra. de admi. tu. Itē naturale

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vitium eſt negligi qđ cōe eſt. vt ſibi nihil hr̄e q̄ nō totū habeat arbi rectū. deniq̧
ſuā q̄ʒ ꝑtem corrūpi patit̄: dū inuidet aliene. C. qñ ꝛ q̄bus q̄r. ꝑs. l. ij. Ideo ponū
tur hic diuiſoria iudicia. Et exponit̄ familia hoc titulo. i. hereditas. ſicut etiam ī Familia
l. ſi. C. de ver. ſig. Herciſcunde aūt. i. cohercēde vel diuidēde. Erctū eñ anti- herciſcere
qui dicebāt. teſte feſto. Inde coherceo. ꝛ herciſcere verbū. i. frequēter coherce-
re. Et vtimur antiquo mō comicoꝝ loquēdi dicētes herciſcunde ꝓ herciſcende:
et regundoꝝ ꝓ regendoꝝ: diuidūdo ꝓ diuidēdo: ꝓpter affinitatē iſtaꝝ vocaliū
inter ſe vt dicit p̄ſcian⁹. li. j. artis gramatice Sic ꝛ plaut⁹ in amph. vt vos ī vo-
ſtris voltis mercinumijs emūdis vendūdiſq̧ ꝛc̄. Et ꝓficiſcit̄ hec actio ex. l. xij.
tab. Nā coheredib⁹ volētib⁹ a cōeʒ diſcedere neceſſariū videbat̄ aliq̄ actioneʒ
ꝯſtitui qua inter eos res hereditarie diſtribuerent̄. quo caſu iudex cognoſcat añ
oīa an actoꝛ ſit coheres. Niſi eñ coheres ſit. neq̧ adiudicari ei quicq̄ oportet:
neq̧ aduerſarius ei cōdēnandus eſt. ꝑ familie herciſ. actōem diuidit̄ hereditas
ſiue ex teſtamēto. ſiue ab īteſtato ſiue ex. l. xij. ta. ſiue q̄cūq̧ lege deferat̄ hereditaſ
vel ex ſenatuſcōſul. vel ex ꝯſtitutōe. Et generalit̄ eoꝛum duntaxat diuidi here-
ditas poteſt: quoꝝ poteſt eſſe hereditas.

## Cōmuni diuidundo

Cōmuni diuidūdo iudicio: cōmuniū reꝝ diuiſionē petimus. vbi ergo res cōis Cōis res
non eſt: ceſſat cōmuni diuidūdo actio. Et nō refert an res inter aliq̄s cōis ſit cuʒ
ſocietate vel ſine ſocieta te: ſꝑ eñ dat̄ hoc iudiciū. Cū ſocietate dr̄ res cōis: velu
ti inter eos qui pariter eandem rē emerūt aīo ineunde ſocietatis Sine ſocietate
dicit̄ res cōis inter eos quibus eadē res teſtamento legata eſt. Per hoc iudici
um coꝛꝑaliū reꝝ fit diuiſio q̄rū reꝝ dñiū habem⁹: nō etiā hereditatis. Nec ī iſta que veniūt in
actoine venit vniuerſitas: ſed res ſingulares tm̄ veniunt. vt infra. e. l. per hoc actōe cōi diui.
iudiciū. Itē in hac actōe nihil venit vltra diuiſionē rerū ipaꝝ q̄ cōmunes ſunt.
et ſi quid in his damni datū aut factū ſit Itē veniūt ſumptus facti in re cōi noīe
meo vel noīe ſocij Itē veniūt ꝑcepta ex re cōi, vel ꝓpt̄ rē cōem Itē venit in hāc
actiōeʒ ne inuito ſocio aliq̄d fiat in re cōi Eſt autē hec actio ex quaſi ꝯtractu. vt in
ſti. de ob. q̄ ex quaſi ꝯtra. § ſi inter. Mixta eſt in rem ꝛ in ꝑſonam: ciuilis eſt he-
redibus datur ꝛ in heredes.

## Ad exhibendum

Hec actio neceſſaria eſt ꝛ effectus eius in vſu quotidiano. ꝛ maxīe ꝓpt̄ rei vē
dicatōem introducta: eſt eñ ꝑparatoꝛia rei vendica. Exhibere autē eſt facere in Exhibere
publico. id eſt apud iudicē ꝑtātem vidēdi ꝛ apphendēdi ipam rem. vt ei q̄ agit
experiūdi ſit copia. infra. e. l. ij. In hac actōe actoꝛ oīa noſcere debet: ꝛ dicere ar
gumēta rei de q̄ agit̄ q̄ neceſſario faciunt ad inſtructōem: vt ſi ꝓ ſeruo agat̄ de-
bet dici rufus ſit an albus vel niger: paruus vel magnus ꝛ qualitatē membroꝝ
Sic ꝛ in alijs reb⁹ ſunt ſigna dicenda. Itē ſi erat inſtr̄m debet fieri facultas le-
gendi. Item ꝛ deſcribendi Et ꝓpꝛie dicit̄ exhibere id eſt extra ſecretum hr̄e. vt
infra de tab. ex. l. iij. § q̄d ſit. ꝛ de ho. li. ex. l. iij. § ait ꝑtoꝛ. ꝛ de ver. ſi. l. vlti. Et
cōpetit hec actio ꝯtra quēuis poſſeſſoꝛē. Fit aūt cōdemnatio in hac actōe inq̄n-
tū fieret ſi rei vendicatōe ageret̄. Eſt aūt hec actio arbitraria. inſti. de ac. § prete
rea. ꝛ ideo ferri pñt in ea due ſnīe Stricti iuris eſt vt cetere arbitrarie: ꝑſonalis
eſt vt dicit. l. infra. e. l. ij. § eſt autem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Liber Undecimus

## De interrogatorijs actionibus

Interrogatio Uedã interrogationes olim fiebant ppoſitis actõib⁹ Interrogabat enĩ heres in iure. i. apud iudicẽ: q̃ ex pte heres ſit q̃tiẽs aduerſus eũ actio inſtituit ⁊ actor dubitat. Et erat interrogatio tũc neceſſaria cũ in pſonã. i. pſonalis actio agebat. Et cõpellabat aduerſari⁹ rñdere ad interrogatões etiã añ litẽ ↄteſtatã. Hodie aũt talib⁹ interrogatorijs nõ vtimur: q: nemo cogit añ iudiciũ de ſuo iure aliquid rñdere. Jdeoq; min⁹ frequẽtant ⁊ in diſuetudinẽ abierunt. Jtaq; tm̃mõ ad pbatiões litigatoribus ſufficiũt. ea q̃ ab aduerſa pte ſponte ↄfeſſa fuerint apd iudicẽ

## De quibus rebus ad eundẽ iudicẽ eatur

¶ Si inter plẽs familie her. id eſt hereditatis diuidende actio agat. ⁊ inter eoſdem cõi diuidũdo iudicio altero intentato aut finiũ regundoꝝ eundẽ iudicẽ adire debẽt: q̃ facili⁹ coire coheredes vel ſocij poſſint: ⁊ in eundẽ locũ oim pñtia fieri debet. Et hoc ↄtingit trib⁹ rõibus. Primo rõe ↄiũctiõis cauſe: q: ſunt cõſortes

rõ edicti et ↄiuncti Secũdo roe recõuentiõis: nã cũ q̃libet eſt actor ⁊ re⁹: q̃ q̃libet agit et reconuenit. apud eundẽ ergo iudicẽ hoc fiat. Tertio rõe abſurditatis euitande poſſet enĩ eſſe ꝙ vnus aliter adiudicaret q̃ ali⁹: vel a iter fines deſignaret.

## De ſeruo corrupto

¶ Qui ſeruũ aut ſeruã alienũ vel alienã corrupiſſe vel ei q̃d pſuaſiſſe q̃ deteriorẽ eũ faceret ↄuincit q̃ti ea res erit in duplũ actio dat. Et dat directa actio dño cui⁹ ſeruus corrupt⁹ ẽ. Utilis aũt dat eis q̃ hñt ius in ſuo: vt vſurarijs: vſufru-

Corrũpe ſuũ ctuarijs. creditori⁹ ⁊ bone fidei emptori⁹. Corrumpit aũt ſeru⁹ ſiue de bono fiat

Perſuadere mal⁹: ſiue de malo deterior. ⁊ fit hoc p ſuaſionẽ Eſt aũt pſuadere pluſ q̃ cõpelli: ⁊ cogi ſibi parere vt infra. e. l. j. §. perſuadere. Eſtimat aũt in hac actiõe q̃ti deterioraт⁹ ẽ ſeru⁹ in corpe vel i aĩo ex pſuaſione mala. Jtẽ eſtimant res q̃s ſubtraxit in ↄtinẽti p⁹ corruptõem: ⁊ poſtea q̃ fugit a dño. Si aũt ex interuallo p⁹ fugã det dãnũ vel ſurripiat nõ eſtimat in hac actõe ↄ corruptorẽ Reſtituitur aũt i duplũ damnũ datũ: nec diſtinguit viuat vel mortu⁹ ſit ſeru⁹ vel manumiſſus: vt

Actio vtilis infra. e. l. ſi q̃s. §. vl. ⁊. l. in hoc. ⁊. l. neraci⁹. Ad ſſimilitudinẽ hui⁹ actõis datur patri vtilis actio: filio vel filia corrupta in eã ſũmã quã ipe eſtimauerit ſuo iureiurando. vt tñ iudex refrenare poſſit talẽ eſtimatõem: ſicut facit in actiõe iniuriarum. inſti. de iureiur. §. pena. de hoc inſti. de ac. §. oẽs aũt actiões in glo.

## De ſeruis fugitiuis

¶ Quia ex corruptõe ſuoꝝ ſepe ↄtigit eos fugere ⁊ derelinq̃re dñm ſuũ. iõ tra-

Fugitiuus ctat h materia fugitiui ſui. Eſt ãt fugitiu⁹ q̃ ea mẽte rcedit a dño ne p⁹ea ruertat

Erro ad eũ: lz mutato ↄſilio redeat: q: nẽo tali pctõ penitẽs deſinit eẽ nocẽs. Erro ãt

Celare dr q̃ aĩo redeũdi q̃nq; diſcedit. vt. j. d edi. edic. l. q̃s ſit fugitiu⁹. § erronẽ. ille q̃ q̃ ſuũ fugitiuũ celat. i. occultat: fur ẽ. Eſt aũt celare q̃n q̃s vult ignorare eũ ad quẽ ea res ptinet: alic⁹ emolũmti cã: q̃ caſu etiã lege fauia d plagia. crĩalit tenet: vt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

dicemus.infra.ad.l.fa.de pla.Prouidet aūt dn̄o volenti reqrere ſeruū: quis
poteſt adire preſidem vt vel per ſe vel ꝑ magiſtratus vel ꝑ milites ſtationarios
vel apparitores dn̄m adiuuent in reqrendis fugitiuis.⁊ ſi nō fecerit mulctantur
in centum ſoli.Et eadem mulcta imponitur in eum q̄ queri apud ſe ꝓhibuit.
Debet enim quilibꝫ etiam ſenator pati in domo ſua ſcrutari cubicula ⁊ veſtigia
occultātis Itē dat ptās cuilibet cōp̄hendenti fugitiuū ſeruū: vt ipm diligenter
cuſtodiat anteq̄ in publicū exhibeat.id eſt mḡratibus tradat Immo vincire ꝑ-
mittitur.vt.infra.l.j.et.ij.⁊.l.diuus

## De alee luſu et aleatoribus

Luſus alee eſt oīs q̄ virib⁹ fortune nitit.⁊ eſt oīs ꝓhibitus ne fiat in pecunia
preter q̄ ſi quis certet haſta vel pilo iacendo vel curendo: ſaliendo: luctando pu- Ludus
gnando: fit enī cauſa virtutis id eſt fortitudinis corpis: vt in auт.vt om.obe.iu.
in prin.Item ꝓ eo quod ponit in cōuiuio veſcendi cauſa permittitur ludere fa-
miliā: vt ſic poſſint aliq̄ ludere inter ſe cauſa cōmeſtiōis faciēde.Alıs ſi ludat in
ludo ꝓhibito nō tenet ſponſio: imo qñq; dat repetitio Aleator aūt eſt q̄ luſū alee Aleator
conſueuit apd̄ ſe cā ſui emolimēti exercere: ſicut et in cauponib⁹ dicit ſupra nau-
te cau.ſtab.l.j.§.caupones: hic aūt odioſus eſt iuri: vt neq; iniuriarum: neq; lege
aqlia agere poſſit: ſi ludi occaſione vbicūq; vel qñcūq; fiat ei damnū vel iniuria
vt q2 dicat falſos talos dediſſe: vel corruptum vinum vendidiſſe. Sed et ſi fiat
ei furtum in domi eo tempore quo alea apud eum ludebatur: non datur ei actio fur- Domus
ti a quocunq; fiat furtum: Domus autem pro habitatione et domicilio.hic poni- Luſor
tur.Et luſor qui compulit colluſorem ludere mulctatur: aut in latumias ducit: latumie
id eſt in carcerem quia ibi latent incarcerati.vt īfra.e.l.j.§.vl.ſolent enī quidā
cogere ad ludū vel ab initio vel dum victi retinent amiſſa.in fra.e.ti.l.ij.

## Si menſor falſum modum dixerit

Quia in actione fini.reg. neceſſarium eſt menſorem adhiberi q̄ fines conten- menſora grom
dentiū metiatur.ideo ponitur hic q̄d iuris ſit.ſi menſor dixerit falſum modum.
Datur autem aduerſus menſorum agrorum actio in factū ab eo enī nos falli non
oportet: nam intereſt noſtri ne in modi id eſt menſure renunciatione fallamur: ſi
forte de finibus contentio ſit: vel emptor ſcire velit venditor cuiuſmodi id eſt q̄ntе
te menſure ager venditus ſit.⁊ quia talis menſor opam ſuam in beneficij loco p̄bet
datur ei non merces: ſicut in locato: ſed quoddam ad remunerandum.quod ho-
norarium appellatur.Et ponit dolus malus dumtaxat in menſore Nam ſi impi- honorarium
te verſatus eſt: ſibi imputare debet q̄ eum adhibuit Similiter ſi negligenter ege-
rit.eque menſor ſecurus erit: dūmō non ſit lata culpa.iſta enī dolo comparatur.

## De religioſis et ſumptibus funerum Et vt funus ducere liceat

Religioſus locus eſt in quo aliquis eſt ſepultus etiam ſi ſeruus ſit.l.ij.j.R.
infra.e.de quo.ſupra de rerū diui.funeris vero ſumptus dicit qui ideo fit vt fu- Religioſum
nus ducatur.vel ſepeliatur: puta ſi quid eſt impenſum in elatione mortui.vel ad
corpus cuſtodiendum.vel cōmendandū.vel in locum: vel marmor emenduꝫ vbi
ſepeliatur defunctus: qui locus etiam dicit ſarcophagus a ſarcos quod eſt caro
et phagiu quod eſt cōmedere: vel in veſtem collocandam cum defuncto quam cū Sarcophagus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

eo voluit ſepeliri. ⁊ qcq̄d corpis cauſa añq̄ ſepeliaꝛ ꝯſumptū ē: funeris impenſa
et pōt repeti. Cōtineꝛ etiā hoc dicto ꝙ nec hō mortuꝰ nec oſſa hoīs mortui i lo=
cū purū alteriꝰ. aut in illud ſepulchꝛ in quo ius nō eſt inferanꝛ. q̄ eñ hoc fecerit
teneꝛ adiꝑciū loci: aut vt corpꝰ tollat. Si v̄o in ſepulchꝛ alienū īferat: teneꝛ de
*purus locus* ſepulchro violato pena centū aureoꝝ. Et diciꝛ purꝰ locꝰ q̄ neqꝫ ſacer neqꝫ ſacra=
*Sepulchrum* tus eſt. neqꝫ religioſus. Sed omnibꝰ his rationibꝰ caret Sepulchꝛ eſt: vbi cor
pus mortui. oſſa ve homīs ꝯdita ſunt. Et non totus locus qui ſepulture deſtina=
*Monumentū* tus eſt fit religioſus. Sed ſolum quatenus corpus humatū eſt. Monumentū au
tē generaliter res eſt memorie cauſa in poſterū ꝓdita: in qua ſi corpus vel reli=
*cenotaphiū* quie inferantur. fiet ſepulchrū. Si vero nihil eorum inferaꝛ erit monumentū qđ
*Munimentuꝫ* greci cenotaphium appellant: qđ ſm variam orthographiam vel nouū vel com
mune: vel vacuum ſignificat ſepulchꝛ. Munimentū aūt eſt id quod cauſa muni
endi eius loci factū ſit in quo corpus impoſituꝫ eſt: ſicut ſunt clatri: vel inſerta fer
ramenta. et illud non ſpectat ad ſumptꝰ funeris.

## De mortuo inferendo et ſepulchro edificando

*Inferre* ¶ Qui inferendi mortuū ius habet. non ꝓhibeaꝛ inferre id eſt ſepelire. videtur
aūt ꝓhiberi ſiue in locum ſuū ꝓhibeaꝛ inferre. ſiue in itinere impediatur. Et ꝓ
poſitū eſt hoc interdictū ꝓpterea quia religionis inter eſt monumenta extrui et
*edificare ſepulchrum* exornari. Prohibeꝛ aūt edificare ſepulchrū is q̄ ꝓhibeꝛ talē materiā conuehi q̄
edificio neceſſaria ſit: vel ſi machinā quis alligare ꝓhibeaꝛ. ꝓhibetur etiaꝫ hoc
interdicto ne mulier p̄gnans mortua ſepeliatur. anteq̄ partus ei excidatur

## ¶ Liber duodecimus.

## De rebus creditis: ⁊ ſi certū petaꝛ: ⁊ de ꝯditiōe

*Res credite* REs credite dicuntur q̄ ex quocunq̄
*Credere* ꝯtractu q̄ fidē alienā ſequiꝛ nobꝫ debenꝛ Eſt eñ credēdi vocabu
lū generale. ⁊ dicimur credere cuicūqꝫ rei aſſentiamus. ſi ex eo
*Condicere* cōtractu aliq̄d recepturi ſumꝰ. Appellatiōe aūt rei venit pecu=
*mutui datio* nia. ⁊ oīs ſpēs etiam facta id eſt ea q̄ in facto conſiſtunt. Certum
aūt hoc titulo mutuū eſt. qđ peti dꝫ: id eſt repeti. cum a debitore
mutuū repetimꝰ: ꝑ q̄ daꝛ nobꝫ ꝯditio. i. repetitio. ꝯdicere eñ apđ āti q̄s repete
re dicebaꝛ. Mutui aūt datio cōſiſtit in his rebꝰ. q̄ pōdere nūero vel mēſura ꝯſi
ſtunt, vt eſt vinū: frumentū. auꝝ. argentū: et pecunia. He eñ res in genere ſuo
functōem recipiūt. i. cōpēſatōem vel cōpatōem In aliis aūt rebꝰ nō pōt cōſiſte
*Mutuum* re mutuū. qꝛ aliud ꝓ alio inuito creditore ſolui non pōt. Appellata aūt ē mutui
datio ab eo ꝙ de meo fit tuū: ⁊ iō ſi nō ſit tuū: nō naſciꝛ obligatio. Creditum ꝗ a
mutuo tantū differt quantū genꝰ a ſpē Nā creditū ꝯſiſtit etiā extra eas res que
pon. nu. mēſu. ꝯtinēꝛ: ſicuti ſi eādē rē recepturi ſimus creditū ē. In mutuo āt nō
eandē ſpēm quā dedimꝰ Sꝫ idē genꝰ repetimꝰ. qđ iō certū appellaꝛ ⁊ ꝓ eo daꝛ
*Certum* ꝯditio certi gñaliſſima q̄ cōpetit ex oī cā. i. ex oī obligatione ſiue ſit nata ex ꝯ̄ctu
certo ſiue ex incerto. dū tñ pura ſit obligatio. Nā añ diē vł ꝯditionē agere non
*Certi cōditio* pōt creditor. l. certi. īfra e. Eſt ⁊ certi ꝯditio ſpēalis q̄ cōpe tit in ſolo mutuo. ⁊
hec a quibuſdā dꝫ ſi certū petaꝛ. vt ſit ꝓpriū nomē eiꝰ actōis. Alij aūt appellāt eā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

certi ↄditionē ſpēalē ꝑ mutuo de q̄ p̄ glo. inſti. q̄ mo. re. ↄtra. ob. §. j. ix. ↄditio

## De iureiurādo ſiue volūtario: ſiue neceſſario: ſiue iudiciali

¶ Juſiurandū ſm pla. ē affirmatio vel negatio adbibita religione Et cōpeten= ter potuiſſet appellari factū iuratū. vel ius iuratū. Et ptinet iuſiurandi religio maximū remediū expediēdaꝝ litiū: q̄ vel ex pactōe litigatoꝝ vel ex aucto ſitate iudicis decidunt ↄtrouerſie. Et bꝫ ſpēm q̄ndā tranſactōis ac maiorē auctoritatē quā res iudicata. Regit aūt multiplex iuramētū in corpe iuris: quoddā eni volūtariū qd ps pti extra iudiciū p̄ bet. id ſic dictū qꝛ ex volūtate defert. ⁊ volūtate ſuſcipit. ⁊ velatū vel delatū volūtarie ſuſcipit vl̄ recuſat. īfra e. l. iuſiurādū qd. Quoddā neceſſariū qd ipe iudex defert ⁊ etiā ↄſtringit ad iurandū. Nec ei pt hoc ſacr̄m referri. nec recuſari niſi ptendat iuſta cā recuſatōis. C. e. l. generaliter. §. ſui aūt. Quoddā iudiciale: qd defert a pte pti in iudicio iudice approbāte ⁊ ↄfortāte: dictū a iudicio. Jſtud nō eſt neceſſariū ſubiret. imo pt recuſari. C. e. l. delato. Et iſta iuramēta dicunt de veritate. de quib⁹ loq̄t hic ti. Eſt etiā iuramētū in litē qd ꝓcedit īinfinitū. ⁊ ē de affectōe de q̄. īfra. ti. ꝓxi. Eſt ⁊ iuramētū calūnie. ⁊ hoc de credulitate. de q̄ dr̄. C. de iuriur. cal. cau. fa. Jtē iuramentū tutoris vtꝝ ſit creditor vel debitor pupilli: ⁊ hoc ſiliter dr̄ de credulitate. de q̄ in auꝉ. vt hi q̄. ob. ſe. per. ha. res mi. §. j. coll. vj. Jtem teſtis ⁊ hoc de ṽ. tate. vt. C de teſti. l. iuſiur. Jtē purgatōis. C. de his q̄ ad eccle. ↄfu. l. q̄nti. Jtē rōe etatis. vt in ↄſtitutōe de pace tene. l. hac edictali. §. ſacro. Jtē iudicis ⁊ aduocati. vt. C de iudi. l. rē nō nouā. Eſt g̃ effect⁹ iuramēti vt dato iureiurādo nihil aliud q̄rat q̄ an iuratū ſit: remiſſa q̄ſtione an debeat q̄ſi ſatis ꝓbatum ſit iureiurādo. Eſt ⁊ manifeſte turpitudinis ⁊ ↄfeſſionis nolle iurare. nec iuſiurandū referre.

Juſiurandum / iuramentū voluntarium / neceſſarium / iudiciale / iuramtū ī litē / calūnie iurm̄. / Tutoris iura. / Teſtis / purgationis / Etatis / judicis ⁊ aduo. / Effect⁹ iura.

## De in litem iurando

¶ Precedēs iuramtū ē de iure. hic ſequit vnū iuramētū qd ē ex volūtate ſiue affectiōe. ⁊ appellat hoc iuramentū in litē: qꝛ eſtimatio litis iuxta affectōem iurantis taxat Et dat illud iuramtū in actōib⁹ in rē. i. realib⁹. quoꝝ ſunt decē. vt īſti. de actio. §. ꝑterea. Et in actiōe ad exhibendū ⁊ in bonefidei iudicijs iurat in litē Sed iudex pt p̄finire certā ſūmā vſqꝫ ad quā iuret Jtē ⁊ ſi iuratum fuerit licebit iudicē abſoluere vel mīoris ↄdēnare. Nec pt ali⁹ iurare in litē q̄ dn̄s litis

in litē iurare

## De cōditione cauſa data: cauſa non ſequuta

¶ Cōditio hic ⁊ in oībus ti. ſe. exponit. i. repetitio. Si quis ergo ob rem nō inhoneſtā dederit pecuniā puta vt ſi filius emancipiet vt ſuus manumittat. vel a lite diſcedat: cauſa ſequuta ꝑpter q̄ dedit: repetitio ceſſat. Sin aūt cā ſequuta n̄ fuerit pōt ↄdicere. i. repetere q̄cq̄d taliter datū eſt.

Conditio

## De conditione ob turpem cauſam

¶ Prior ti. de ↄditōe ob cām: futurā cām tm̄ reſpicit honeſtā tm̄. h̄ vo ti. etiā p̄teritā ⁊ futurā: ⁊ nō honeſtā r̄ſpic̄ ſꝫ turpē Dē igit qd dat. aut ob rē dat futurā aut ob cām dat p̄teritā Si ob rē aut turpē: au thoneſtā Ob turpē aut qꝛ dāt ſit turpinttudo nō accipiētj. Aut accipientis dūtaxat. non etiā dantis. aut vtriuſqꝫ Ob rem igitur honeſtum datum: ita repeti poteſt. ſi res ꝑpter q̄ datum eſt ſequuta nō ē Quod ſi turpis cauſa accipientis fuerit tm̄: etiā ſi res ſequuta ſit re=

Condiaere ob turpem cauſā

peti pōt: vtputa ſi dedi tibi decē ne ſacrilegiũ faceres: ne furtũ: ne hoiem occidas qua ſpecie condici poteſt .id ē repeti .Itē etiã ſi iudici dedi vt ſcōm me in bona cauſa ꝓnunciaret. eſt locus ꝯditioni. Iudicē eñ corrũpere videoꝛ. Ubi autem et dantis et accipientis turpitudo verſat. non pōt repeti. veluti ſi pecunia detur vt male iudicet. vel ſi qs ĩ adulterio deꝓhenſus redemerit ſe. qꝛ in pari cã turpitudinis: potioꝛ eſt conditio poſſidentis. l. in pari. infra. de reg. iur.

## De conditione indebiti

indebitũ tiplex

Si quis indebitũ ignorans ſoluit: ꝑ hanc actiōem cōdicere pōt. id eſt repetere Sed ſciens ſe non debere ſi ſoluit. ceſſat repetitio. Et eſt tiplex indebitũ. pmo mō naturaliter et ciuiliter. vt qñ nullo modo debet. Scdo qñ eſt naturaliter indebitũ: ſed debitũ ciuiliter. vt patet in chirographo añ bienniũ. Itē quotiēs mihi qs ciuiliter ⁊ naturaliter tenet. ſi pacto vel iureiurando liberat: remanet ciuiliter debitum: ſed naturaliter indebitũ. Et hec duo indebita indiſtincte repetuntur. ſiue ꝑ ignorantiã facti ꝓbabilē. vt in alieno facto. ſiue nō ꝓbabilem. vt quis in ſuo facto ſiue ꝑ ignorantiã iuris. Nam nō nocet iuris ignorantia in damno vitando. Tertio modo eſt indebitũ ciuiliter ſed naturaliter debitum. vt inter pr̄ez et filiũ. ⁊ inter frēs ĩ eiuſdez ptāte pr̄is exiſtentes Itē inter dñm ⁊ ſeruum. Itez in legato minus ſolenni. vel etiam ſolenni: ſi ſaltem per falcidiam minuatur. Item in eo qui eſt abſolutus per ſniam. In talib⁹ aũt indebitis ſolutis diſtinguit an ꝑ erroꝛem iuris ſoluant. ⁊ tunc non repetunt. An facti ⁊ min⁹ ꝓbabilē ⁊ tũc idē. An ꝑ ꝓbabilem ⁊ tunc repetunt Itē que cauſe hanc actiōem inducant. habent in l. ſufficit. infra. e. Itē que faciant eam ceſſare habent in. l. ſi ꝓcuratoꝛ. in ſi. Itē inquantum det. ponit in. l. indebitũ. ⁊. l. indebiti. infra. e.

## De conditione ſine cauſa

Sine cauſa

Eſt ⁊ alia ſpēs cōditionis. Si quis eñ ſine cauſa ꝓmiſerit vel ſoluerit aliqd indebitũ qd ꝓmiſit ſine cauſa: vt qꝛ credebat ſe teneri ex teſtamēto ad legatũ pſtandũ cũ nō valeret teſtamentũ vel erat ademptũ in codicillis: cōdicere quantitatē nō pōt ꝙ non dedit. Sed ipam obligationem. Sic ergo conditio ſine cauſa locũ habet aliqñ cũ cōditiōe indebiti: ſi indebitũ ſolutum eſt Itē ⁊ ſine eadem: ſi nō eſt ſolutũ ſed ꝓmiſſum. Itē cōcurrit cũ cōditōe ob cauſam. vt ſi fuit ab initio cauſa aliq̃ ꝓmiſſiōis: ſed ea ſecuta nō eſt vt infra. e. l. j. §. ſed ſi ob cauſam. Item cōcurrit cũ ꝯditōe ob turpē cãm. vt ſi ex ꝑte dantis non interueniat turpitudo. Itē ꝯcurrit cũ ꝯditiōe furtiua vt. C. e. l. p e. fur eñ de fructibus ꝯditiōe ſine cã ꝯuenit. ⁊ cōditōe furtiua. vt. C. e. l. pe. ⁊ infra. d cōdi. fur. i. in re. § vlti.

# Liber decimuſtertius

## De conditione furtiua

Conditio rei

Conditio id ē repetitio rei furtiue ſoli dño rei dat: cuius res eſt ſurrepta. Itē heredi eius vt ĩfra. e. l. j. §. ſed nec. Neqꝫ alius ea conditione tenet ꝙ ille q̇ furtum fecit aut heres eius. Et per deciſionē furti non tollit cōditio. Dif-

actio furti

ferunt aũt actio furti. ⁊ conditio furtiua: qꝛ furti actio penam pſ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſit legittimam. Conditio vero rem ipſam. propter hoc fit: vt neq̃ furti actio — Cõditio furti.
per cõditionem: neq̃ conditio per furti actionem cõſumatur. Eſt itaq̃ in optio-
ne eius cui furtum factũ eſt: agere actione furti: vel condicere. id eſt hanc actio-
nem inſtituere. vel rei vendicationẽ. vel ad exhibendũ actionẽ: et hoc in odium
furum vt pluribus actionib⁹ teneant inſti. de acc. §. Sic itaq̃. ℣. plane.

## De conditione ex lege.

Quãdocunq̃ obligatio aliqua. vel actio ex noua lege introducit: nec cautum
eſt quo genere actionis experiamur: agendũ eſt conditiõe hoc eſt beneficio illius le- — Cõditio ex
gis q̃ hoc introduxit. exemplũ poteſt poni in nudo pacto donationis: ex quo da- — lege.
tur conditio ex. l. vt. C. de dona. l. ſi quis argentum. §. vlt. et in nudo pacto de ſa
lario preſtando: vt. C. de ſuffra. l. j. Item in. l. ſi q̃s in tantã. C. vnde vi. in. c. ſe
pe. de reſti. ſpo. in canone reintegranda. iij. q. j. cum ſi.

## De conditione triticaria.

Triticaria cõditio locũ habet in omni ſpecie et q̃titate: niſi debita ſit ex cauſa — Triticaria
mutui. Itẽ et in re corporali puta ſeruitute pſonali vel prediali. Item et propoſ-
ſeſſore. q̃uis obligatus eſt mihi dare. In rebus autẽ meis cõditio non cõpetit
tibi contra furem. infra. e. l. j. et. ij. Sic ergo et incertis nõ tamẽ omnib⁹: quia
non in mutuo. Et in incertis puta ſeruitutibus: locũ habet cõditio triticaria. Un
de videt q̃ iſte due cõditiones habeant ſe vt excedẽtia et exceſſa. Unde aũt di-
catur triticaria in nullo quidẽ loco reperitur. poteſt tamẽ pbabiliter dici q̃ aſſũp
ſerit nomẽ a triticeo auctore: nõ dico ptore: ciuilis eſt enim actio. ſicut omes cõ-
ditiões. Sicut de publiciana dicitur inſti. de acc. §. quia ſane. Item qualiter
in ea fiat cõdemnatio habet in. l. peti. e. ti.

## De eo quod certo loco dari oportebit

Quia nõnunq̃ varia fit eſtimatio rei pp̃ter locoꝝ diuerſitatẽ. Ideo poſitus
eſt hic titulus: quo ptinet q̃ ſi q̃s alio loco: q̃ in quẽ dare pmiſerit ſoluerit: ſit — Certo loco
ſtipulatori facultas agẽdi actione hui⁹ ti. q̃ arbitraria eſt. id eſt iudicis officium
plurimũ in ea exuberat. Iniquũ em̃ erat. ſi pmiſſor ad eũ locũ in quem daturuz
ſe pmiſiſſet nunq̃ accederet: qđ vel data opa faceret: vel q: alijs locis diſtrin-
geretur: nõ poſſe ſtipulationẽ ad ſibi debitũ pvenire: ideo viſum eſt vtilem acti
onem. id eſt efficacẽ in eam rem cõparare.

## De conſtituta pecunia.

Conſtituere large dici poteſt q̃ſquis p alio ſe obligat. Sed hic ponit p eo tã
tum qui qđ alius debet. ſe ſoluturuz cõſtituit. Nec diſtinguitur ex qua cauſa q̃s — Cõſtituere
debeat certa vel incerta. ciuili vel honoraria dũ tñ debitũ efficaciter potuerit pe
ti et exigi. vel ſaltem ſolutum retineri. vt q: naturale tantum erat debitũ: naz qđ
debet ſeruus meus vel filius. ego noĩe eius cõſtituere poſſum me ſoluturuz etiã
vltra vires peculij. Noĩe autẽ meo vltra vires peculij. ſi cõſtituã nõ teneor infra
e. l. j. §. vlti. ⁊. l. ij. Per hoc edictũ ptor fauet naturali eq̃tati qui conſtitituta ex
conſenſu facta cuſtodit. quoniã graue eſt fidem fallere. Fit autem conſtitutio nu — Conſtitu[illegible]
do pacto. Item fit pure et in diem et ſub cõditione. Item fit inter preſentes ⁊ ab — fit
ſentes. Itẽ fit q̃buſcunq̃ verbis idoneis ſaltẽ. ad exprimendũ hũc ſenſum q̃ de



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bitam paciſcat̃ ſe ſoliturū infra.e.l.q̄ autē ·§·vl. Eſt aūt effectus cōſtitutiōis q̄a ex ea naſcit̃ actio de cōſtituta pecunia ſiue aliquid ī pōdere.numero.vl̃ mēſura ſiue in ſpecie vl̃ in facto cōſtituat̃. Nomen em̄ pecunie gn̄ale eſt.qꝛ poſſibile eſt omnes res in pecuniā conuerti. C.e.l.ij. Sublata ergo actione recepticia:ſuffi-ciat hec actio in oībꝰ. Si aūt plures ſint cōſtitutores:tenet̃ q̄libet in ſolidū:ſꝫ hꝫ bn̄ficiū ep̄le:vt diuidat̃ actio inter omnes q̄ tp̄e litis conteſ.ſint ſoluēdo. Et eſt hec actio p̄toria.ꝑſonalis.et ꝑpetua inſti.de acc.·§·de pecunia ꝛc. C.e.l.ij.

Effectus ꝯſti.

Pecunie.

## Cōmodati vel contraria.

Cōmodatū/

Precarium.

Quibꝰ rebus cōmodatum ꝯſiſtit.

¶ Cōmodatū eſt alicuiꝰ rei ad aliquē ſpecialē vſum gratuito facta cōceſſio. Di-cit̃ ꝯceſſio ꝛ nō trāſlatio.qꝛ is q̄ cōmodat retinet dominiū et poſſeſſionē.infra.e.l.rei.cōmodate. Et dꝛ ḡtuita ꝛc̄.nam īteruenīēte mercede vel ſpecie trāſibit res in locationē.vel in ꝯtractū innoīatū.do vt facias.vt inſti.man ·§·vl. Ad aliquē vſum ideo dixi.vt notet̃ differētia int̃ cōmodatū ꝛ p̄cariū.p̄cariū em̄ ꝯcedit̃ ſine certi vſus p̄ſumptiōe.vnde qn̄cunq̄ꝫ reuocari p̄t.infra de p̄ca.l.cū p̄cario. Com modatū aūt ad certū vſū conceditur.vt comādaui eq̄nū vt ad villā duceres:ſcalas vt feneſtris ſupponeres ꝛc̄.vn̄ cōmodatū nō reuocat̃ niſi finito vſu.ad quē ē con ceſſum. Alioq̄n tenet̃ cōmodatur ꝯtraria cōmodati.adiuuari em̄ nos.nō decepi bn̄ficio oportet.infra.e.l.in cōmodato ·§·ſicut. Et dꝛ cōmodatū q̄ſi cōmodo vtē tis datū. Cōſiſtit cōmodatum in rebus mobilibꝰ.ꝛ ſe mouētibus.ꝛ ī īmobilibꝰ Item et in incorꝑalibus puta ſuitute habitādi vt.infra.e.l.j. Ex cōmodato aūt due oriunt̃ actiōes.directa q̄ dat̃ cōmodāti ꝛ eiꝰ heredi.ꝯtra cōmodatariū et he redē eiꝰ.q̄ ꝯtinet reſtitutionē rei.nō deteriorate.nec em̄ videt̃ reddita res ſi red dat̃ deterior.vt.infra.e.l.ſeruū ·§·j.et ideo debet p̄ſtari intereſſe vt ibi dicitur. Contraria aūt dat̃ cōmodatario ꝛ eius heredi.ꝯtra cōmodantem ꝛ eius heredē et ꝓponit̃ ad impenſas maiores in egritudines ſui cōmodati factas. Itē q̄ com-modauit ſcenis vaſa vicioſa.tenet̃ ꝯtraria.ſi infuſum vinū vel oleum corruptum effuſuſum ve eſt. Itē venit in contrariam ne intempeſtiue reuocet̃ commodatum Item ſi commodator rem cōmodatam mihi ſurripiat:et ego ignorans euꝫ ſurri-puiſſe.preſtiti ei eſtimationem rei .vel intereſſe.

## De pignoraticia actione.

Pignoraticia

Satiſfactū

¶ Pignoris obligatio ꝯtrahit̃ re.ꝛ gr̄a vtriuſq̄ꝫ.id eſt creditoris ꝛ debitoris vt inſti.q̄ mo.re.con ob ·§· creditor. Nam ita demū locū hꝫ pignoratitia .ſi res in teruenit.i.creditor eā a debitore accipiat:vel accipiat autoritate iudicis .infra vt in poſſ.le.is cui ·§ q̄ri. Licet hippothecaria ſola ꝯuentiōe naſcat̃:ꝛ rei tradi-tio nihil ad eā opet̃:niſi in caſu.l.nō eſt ·§·j.infra.e. De hippothecaria tractat̃ infra.de pig. Sed hic de pignoraticia actiōe directa ꝛ ꝯtraria agamꝰ. Habꝫ au tem directa locū ſoluto debito creditori:vel aliter ſatiſfacto.nec aliter naſcit̃ pi-gnoraticia. Satiſfactū autem accipimus quēadmodū voluit creditor.licet nō ſit ſolutū:ſiue pignoribꝰ aliis ſibi voluit caueri.vt ab hoc recedat ſiue fideiuſſoribꝰ ſiue reo dato ſiue p̄cio aliq̄:vl̃ nuta cōuētiōe. Itē extinguit̃ pignꝰ nouatiōe volū taria. Ideq̄ꝫ ſi accepti lacio ſit facta:vl̃ pactū de nō petendo:vl̃ iuſiurandum ſit p̄ſtitum a debitore deficiēte creditore:q̄ꝫ ei nō debet. Et datur pignoraticia ei q̄ obligauit pignus ſuum:vel alienū dn̄o volente:vel ratum habēte. Cōtraria vo datur creditori ad multa ſi em̄ decipiat̃ a debitore vel re ip̄a.vel ex eius ꝓpoſito qꝛ obligauit ei rem alienā vel alij obligatā:niſi ea res ſit ampla. Itē ſi ī accipiē-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

do pignore decepit eū debitor:vt ſi oſtēderit ei corp⁹ eneū vł ſtāneū:quod dice
bat eſſe aureum vel argenteum.et ſimilibus caſibus.

# ¶ Liber Decimuſquartus.

## De exercitoria actione.

Exercitoria datur contrahentib⁹ cum
magiſtro nauis:contra exercitorem qui magr̄m prepoſuit:ſcʒ in eā
cauſam .in quā prepoſit⁹ eſt expreſſe vel tacite. Et eſt ſumma vtili
tas huius edicti. ¶ Cum interdū ignari cui⁹ conditiōis.vel quales
ſint magr̄i nauium:cum eis ꝓpter nauigando neceſſitatē cōtrahamus: equum
fuit eum q̄ magr̄m naui p̄poſuit id eſt exercitorē teneri. Sicut tenet̄ q̄ inſtitorē
taberne vel negocio p̄poſuit. Jmo maior neceſſitas cōtrahēdi.cū magiſtro nauis
q̄ cum inſtitore eſt Res ennim patit̄ vt de cōditione inſtitoꝝ quiſ deſpiciat. ⁊ ſic
cōtrahat. Jn nauis magiſtro nō ita. Nam locus ⁊ tp̄s nō patit̄ plenius deliberā
di conſiliū. Et debemus intelligere magiſtrū nauis.cū cui totius nauis anchora
id eſt gubernatio a dn̄o mandata eſt. Si enim cum alieno nauta q̄s in naui con
traxerit non datur actio exercitoria. Quāq̄ ex delicto cuiuſuis eorū qui nauis
nauigando cauſa in naui ſint.detur actio in exercitorem. Et in hoc differt iſte ti
tul⁹ a ſupiori. Nau.cau.ſta.vt recep.reſt.q2 ti. nr̄ ꝯtra exercitorē ex contractu
ſoli⁹ mgr̄i nauis obligat. Alius autē obligat exercitorē pro om̄i delicto in naui
a nautis cōmiſſio. Et ratio huius differētie eſt.alia eīn eſt cōtrahēdi cauſa.alia
delinquendi :qui enim magiſtrum preponit:contrahi cum eo permittit. Et ideo
omnia facta magiſtri debet preſtare qui eum p̄poſuit.alioquin cōtrahantes deci
tutorem videt̃ q̃ p̱ aliũ poſtulat corã iudice qui dare debet. Sed nominare inter abſentes fit: vt qñ magiſtrat⁹ mittit noĩa quorundã p̃ſidi quaſi ſint idonei vt. ſ. de tu. ⁊ cu. da. ab his. l. diu⁹. Nam et hi tenent̃ inſolidũ. vt. C. de magi. con. l. j ⁊. iiij. Et q̃ poſtulat tenet etiam niſi ſit femina. C. de admi. tu. l. fi. § p̱ſonis. Similiter et fideiuſſor ⁊ heredes fideiuſſoris ad eandẽ rationẽ tenent̃ ad quã et ip̃e tutor. Et hoc ſi ip̃i fideiuſſores a tutoribus noĩari preſentes fuerint ⁊ nõ ꝯtradixerunt: et noĩa ſua in acta publica ſcribi paſſi ſunt. Et in eadẽ cãſũt affirmatores tutoꝝ q̃ ſcʒ tutores idoneos eſſe affirmauerint. hi eñi fideiuſſoꝝ vicẽ ſuſtinẽt. — *Noĩare tutorẽ* — *Fideiuſſor tutorum.*

## De magiſtratib⁹ cõueniẽdis: ⁊ eoꝝ heredibus.

Sciendũ eſt non ſolũ tutores vel curatores pupillis vel adultis ceteriſq̃ p̱ſonis ex adminiſtratiõe rerũ teneri: ſed etiã in eos q̃ ſatiſdationẽ accipiunt ſubſidiaria actio datur. Nã ſi tãte negligẽtie ſint magiſtrat⁹. id eſt iudex: vt cautionem omnẽ obmitteret: equũ eſt haberi eum loco fideiuſſoris. vt heres ei⁹ teneat̃. Et dicit̃ iſta actio ſubſidiaria aptitudine nõ actu: q2 nõ ſemp̱ datur in ſubſidium: ſed aliqñ principaliter: aliqñ nihil omnino. Cũ hac ſcʒ diſtinctione: q2 aut fuit vnus tutor vel curator: aut plures. primo caſu ꝯuenit̃ priuſ tutor vel curator. ⁊ poſtea magiſtrat⁹. Si v͛o plures: tunc aut om̃es geſſerunt tutelam aut curam: et om̃es cõueniunt̃ ante magiſtratũ. Aut nullus geſſit. ⁊ tunc idem. Aut alter tm̃ geſſit. et alter nõ. ⁊ tunc ſubdiſtinguit̃. Aut fuit diuiſa tutele adminiſtratio p̱ iudicem vel teſtatorem. Aut nõ. Primo caſu ꝓ ſua geſtione q̃libet tenet̃. et nõ ꝓ alteri⁹: et poſtea magiſtrat⁹ in ſubſidiũ. Fall. hoc in quattuor caſibus. q̃bus vn⁹ ꝓ alterius p̱te ſ tenet̃ tñ poſt magiſtratũ. ſcʒ ſi tutorẽ vt ſuſpectum remouendũ nõ remouit: vel tarde remouit. vel remouendo iura pupilli ꝑdidit: vel non exigit cautionem rem pup. ſal. fo. cũ videret eũ non ſoluendo. Scd̃o caſu. qñ tutele adminiſtratio non fuit diuiſa. ꝯuenitur p̱rogerens. ſcd̃o magiſtratus. tertio nõ gerẽſ niſi in dictis quattuor caſibus: vbi cõuenit̃ etiã q̃ nõ geſſit ante magiſtratũ. Iſta habent̃ in. l. ij. C. d diui. tu. ⁊ in. l. etiã ⁊. in. l. emili⁹. in. fi. ſ. de admi. tu. — *Subſidia sec.*

## De rebus eorũ q̃ ſub tutela vel cura ſunt: ſine decreto non alienandis vel ſupponendis.

Prohibiti ſũt tutores ⁊ cuartores p̱ ſenatuſcõſul. clemẽtianũ. et p̱ orationẽ diui ſeueri p̃dia ruſtica vl' vrbana eoꝝ quos ſub tutela vl' cura habẽt diſtrahere. id ẽ alienare. vel ſupponere. id eſt pignori obligare. Niſi parentes ip̃oꝝ pupillorũ. in teſtamento vel codicillis cauerint vt id fieri poſſit. Tunc enim licitũ eſt iſta alienare. etiam ſine decreto iudicis dũ tamẽ ſeruet̃ forma in teſtamento tradita. Si autem alias. es alienũ. id eſt debitũ ip̃ius pupilli tantũ ſit: vt ex rebus ceteris inde poſſit exolui: tũc p̃tor vrban⁹ adeatur qui ꝓ ſua religione eſtimet q̃ poſſint alienari. vel debeãt obligari. In quo tria ſunt neceſſaria. Primo decretũ. id eſt iudicis p̃ceptũ. ſcd̃o cauſa alienãdi. puta es alienũ. id eſt grande debitum. tertio p̃ſentia tutoris vel curatoris. C. ſi ꝓpter pub. pen. l. fi. — *Senat⁹ cõſultus clemẽcia.* — *Neceſſaria in alienatione rerũ pupilli.*

## De curatorib⁹ furioſo vel aliis extra minores dandis.

Lege. xij. tab. interdicit̃ ꝓdigo bonorum ſuoꝝ admĩſtratio. Similiter et furioſi ſtatim adueniente furore ip̃ſo iure interdicti ſunt ne bona ſua adminiſtrent. Et ideo licet tales perſone maiores ſint. xxv. annis. in tantum ꝙ ratione etatis — *Furioſus.*

Mētecapitis. Surdus. Mutus.

neq̧ tutorem neq̧ curatorez habere deberēt. qꝛ tñ in ea conditiōe ſunt. vt rebus ſuis cōmode ſupeſſe nequeāt: dantur eius curatores. Similiter et mēte capit͛ ꝛ ſurdis et mutis. et q̄ ꝑpetuo morbo laborāt: quoꝝ curatoꝝ officiū ceſſat adueniē‑te ſana mente vel ceſſante furore. aut morbo vel impedimento obſtante.

## Liber Uiceſimuſoctauus

### De teſtamentis. et qui teſtamentum facere poſſunt ꝛ qunadmodū teſtamenta fiant.

Teſtamentū. Qui teſtamē‑tū fa. poſſint.

VRia dicit hic ti. Primo de teſtamen‑tis. Eſt aūt teſtamentū voluntatis nr̄e iuſta ſentētia. de eo quod q̄s poſt mortem ſuam fieri velit. cum inſtitutiōe heredis. Et d͛r teſta‑mentū quaſi teſtatio mentis. Scd̄o q̄ teſtamentū facere pñt. et q̄dez oīes poſſunt qui ſpecialiter non ꝓhibent. ꝓhibent aūt certe pſo‑ne cōtinent his verſibus. Prodigus ꝛ cec⁹. mut⁹. ſurd⁹. furioſus. Morte dā‑natus et carmine. mēteq̧ captus. Impubes et dubius. obſes. ꝛ religioſus. Cui nō eſt ſeruus. exiſtens ſub patre natus. Cuiq̧ ſit interdictū. dico ꝙ octo bis iſti. Qui modo tanguntur teſtari iure vetant.

Quō teſtamē‑ta fiant.

Tertio quēadmodū teſtamenta fiant. Et debent fieri ſm regulas iuris ciuilis. que ſunt vt ſeptem teſtes interſint. et rogati. et vnico contextu. id eſt cōtinuatione. Et debet nomen heredis palā dici in teſtamento nuncupatiuo. Teſtamentū autē in ſcriptis debet fieri corā ſeptem teſtibus rogatis. et ſubſcribētib⁹ ꝛ ſigillantibus. Et ꝙ teſtator vel ali⁹ ꝓ eo ſcri‑bat nomen heredis vt. C. e. l. hac cōſultiſſima. ꝛ. l. iubem⁹. et in aut. ibi poſita.

### De liberis ꝛ poſthumis heredibus inſtituen‑dis vel exheredandis vel preteritis.

Inſtituere.

¶ Pater faciēs teſtamētū debet filiū ꝛ filiā poſthumā ꝛ poſthumū emācipatos et in poteſtate: vl͛ inſtituere vl nolatim exheredare. Alioq̄n ſu⁹ heres. id ē exi‑ſtens in poteſtate teſtatoris dicit teſtamentū nullū. Emācipat⁹ vero agit contra tab.

Suus heres.

Et dicitur ille ſuus q̄ eſt in poteſtate et in p̄mo gradu. ſiue ſit filius ſiue ne‑pos. Et cautū eſt nepotē etiam non ſuū inſtituere. ne rūpat teſtamentū efficacit͛ ſuus.

Liberi.

Et dicūt liberi omnes deſcēdentes in infinitū. l. liberoꝝ. infra. de ꝟ. ſig.

Poſthumus.

Poſthum⁹ autem dicitur ꝓprie q̄ poſt humationē. id eſt mortē p̄ris naſcit͛. id ē poſtq̄ꝫ pater dat⁹ eſt humo Improprie aūt dicit͛ etiā ille q̄ facto teſtamento na‑ſcitur. l. iij. infra de iniuſ. rup. teſ. Et eſt duplex poſthum⁹. Suus q̄ ſtatim ſi na‑ſceret͛ viuo teſtatore in poteſtate ſua futurus eſſet. Poſthum⁹ aūt alien⁹ eſt q̄ in continenti cū erit nat⁹. nō erit ſu⁹ teſtatoris. Et hodie poſthum⁹ nō pōt exhere‑dari. qꝛ nō p̄t cōmittere cām ingratitudis is q̄ nōdū nat⁹ eſt. l. ſi q̄s. § leg͛. C. d͛ inoffi. teſt.

Exheredatio‑nis cauſe.

Sic etiā filij ꝛ filie nō pñt exheredari. niſi infra cā exp̄mat͛ in teſta‑mēto. ꝛ heres inſtitut⁹ eandē ꝓbet. C. de li. pre. aut͛. nō licz. Et ſunt iuſte exhe‑redationis cauſe. xv. quas enumerat tex. in aut͛. vt cū de app. cog. § cauſas. coll͛. viij. ꝛ glo. in. c. quītauallis de iureiur.

Preterire.

Preteriri aūt ille d͛r: q̄ nō eſt inſtitutus in teſtamento vt oportet. nec exheredat⁹ ex legittima cauſa. ſed ſilētio teſtatoris p̄termiſſis. ꝛ talis habet querelam inofficioſi. de q̄ dictū ē ſupra d͛ inoffi. teſta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## De iniuſto rupto. et irrito facto teſtamento.

¶ Proximo ti. poſitum eſt quō liberi et poſthumi debeant inſtitui vel exhereda
ri. Si aūt hoc non fiat. quid iuris tunc ſit tractat. hic ti. Nam eiuſmodi teſtamē
tum dicitur aut iniuſtum: aut rumpiť: aut fit irritum. Circa qō ſciendum: ꝙ te-
ſtamentum aut non iure factum diciť. vbi ſolennia iuris defuerūt. ſcꝫ circa teſtes — Teſtamētum
et ſigilla. et ſimilia. et tale teſtamentū diciť nō iure factū. Aliqñ teſtamentuꝫ eſt — nō iure fctm̄.
nullius momenti. id eſt vtilitatis: quādo ſcꝫ filius qui fuit in patris poteſtate p̄- — Nullum.
teritus eſt. Aliqñ autem teſtamentū rumpitur: qñ ſcꝫ teſtator paganus id eſt nō
miles poſt p̄mū teſtamentū factum. ſcōm legittime faciat. vel quando poſt teſta- — Ruptum.
mentum incipit habere filium vel nepotē de q̄ in dicto teſtamento nō eſt facta mē
tio. vel quādo teſtator poſtea patiať capi. di. Aliqñ aūt teſtamentū fit irritū. qñ — Irritum.
ſcꝫ ex eo nemo adit hereditatem vt ſ̄ de teſt. l. ſi nemo. Poſt ꝙ aut teſtamentuꝫ
legitime factū eſt: nō rumpiť licet teſtator poſtea dicat. ꝙ nō velit iſtud teſtamē
tum valere. vel poſtea incipiat facere aliud teſtamētū et non ꝑficiat. qꝛ teſtamen
tū impfectū nullū eſt. niſi fiat a milite. vl' niſi in ſcđo repiant inſtituti q̄ alias ſuc
ceſſuri erāt ab inteſtato. vel niſi teſtator iſtam volūtatē in effectū extrinſecū dedu
c at: puta incidendo mēbranā vel deponēdo ſigilla. vel ſimilia.

## ¶ De his q̄ in teſtamēto delentur. inducunť vł inſcribūť

¶ Quia per deletionē vel cancellationem eoꝝ q̄ in teſtamento cōtinentur: teſta
mentuꝫ ipm̄ caſſatur. ideo poſt materiā tituli p̄cedētis locatur hic ti. q̄ igiť in te
ſtamento deleń vel inducunť ſi inconſulto deleta vel inducta ſint. nihilominus
valent ſi legi poſſint poſt deletionem. Sed ſi nō poſſunt legi: tunc diſtinguitur
an ante teſtamentū cōſummatū facta ſint: vt tunc nō valeat. Si poſt. valet. Si au
tem conſulto ſunt deleta non valent: ſiue legi poſſint ſiue non: et hoc voluntate
domini vel iuſſu factum ſit. Id vero qō ſine iuſſu dn̄i ſcriptū inductū. id eſt inter — Inductum
poſitum aut deletum eſt: ꝓ nullo eſt. Legi autem ſic accipiendum eſt: non ꝙ tm̄ — Legi qñ dicať
intelligi poteſt. ſed oculis perſpici q̄ ſcripta ſūt. Nam ſi extrinſecus intelligun-
tur forte ingenio vel ſubtilitate alicuiꝰ: nō ex vi ip̄ius lr̄e: ſed ex his forte q̄ prece
dunt in teſtamento vel q̄ ſequuntur: non videntur legi poſſe.

## De heredibus inſtituendis.

¶ Qui teſtatur ab heredis inſtitutione plerumqꝫ ſolet initiū facere teſtamenti
deo poſt materiam eorum qui teſtamentum poſſent facere: et qui inſtitui debēt
tractat iuriſconſultus de heredibus inſtituendis. id eſt qui poſſunt inſtitui. Eſt
autem inſtituere heredes. id eſt dominos intus in bonis ſuis ſtatuere et facere. — Inſtituere he
Nam heres. id eſt dominus. inſtitutiōe. de here. qua. et diff. §. j. Et ideo dici- — redes.
tur intus. quia ita ſubintrat heres in dominium rerum defuncti: ac ſi eadem — Heres.
eſſet perſona. vt in auť. de iureiurando. a mor. pre. §. j. coll. viij. poteſt autem
vnuſquiſqꝫ heres inſtitui. ſiue liber ſit ſiue ſeruus. Et ſeruus ſiue alienus ſiue — Seruꝰ ꝓpriꝰ
proprius. Et dicitur proprius ſeruus in quo quis habet proprietatem etiam ſi
vſuſfructus ſit apud alium. Alienus autem ſeruus dicitur ille in quo quis ha- — Alienus.
bet vſumfructum ſine proprietate. Et poteſt quis quocunqꝫ velit heredes in- — Hereditas in
ſtituere: et diuidere hereditatem in quā plurimas partes vult. Regulariter au- — xij. partes.
tem hereditas in. xij. vncias diuiditur. quas partes et earum vocabula ponit — Inſtitutio mul
textus inſti. e. titu. §. hereditas. Et eſt triplex inſtitutio. Propria cum aliquis — tiplex.

inſtituitur in totum vel in quota. de qua loqtur hic titulus et preſertim. l. quoti
ens. § heredi. infra. e. Impropria inſtitutio eſt cum filius inſtituit in legittima.
vel in eo quod ad legittimā reducit. Nam licet iſta ſit quota et pars: non tñ qta
hereditatis abſtracta ab omi ere alieno. C. de rei ven. l. cū mr̄ e. § fi. Improprijſ
ſima inſtitutio eſt. quando inſtituto heredi vniuerſali ali⁹ extraneus inſtituitur
in re certa. quia talis inſtitutio non eſt quota hereditatis. nec bonorum. adeūte
herede vniuerſali. l. ex facto. infra. e.

## De vulgari et pupillari ſubſtitutione.

Inſtituti. Subſtituti

Subſti. quō.

Subſtitutōes quinqꝫ.

Heredes aut dicūt eē inſtituti. aut ſbſtituti. Inſtituti dicūt p̄rio gradu. i. p̄mo
loco. Subſtituti āt ſcđo vl' tertio. Dicit itaqꝫ ſbſtitutio ſcđa inſtitutio. etiā ſi ſint
vlterior Sicut et oēs ſcđe dicunt nuptie q̄ poſt p̄mas cōtrahūt. C. de ſecū. nup.
in rubro. Et fit inſtitutio et ſubſtitutio hoc modo. Lucius tici⁹ mihi heres eſto.
iſta dicitur inſtitutio quaſi prima heredis factio. Subſtitutio autem ſcđa inſtitu
tio hoc modo fit. Si lucius ticius mihi heres non erit: tunc ſeius heres eſto. Si
ſeius non erit. ſempronius eſto. ⁊ ſic cōſequenter poteſt quis in teſtamēto quot
gradus heredū vult facere. et plures in locum vnius: vel vnum in locū plurimū
ſubſtituere. Sunt autem quinqꝫ genera ſubſtitutionū. vulgaris. pupillaris. ex
emplaris. breuiloqua. et cōpendioſa. quas ꝓſequere vt ponit glo. inſti. de pup.
ſub § qua rōne. ⁊ glo. in. c. raynūci⁹ đ teſta. ⁊ aliqđ ꝑ glo. in. c. ſi p̄t đ te. li. vj.

## De conditionibus inſtitutionum.

Cōditio mul.

Poteſtatiua. Cauſalis. Mixta. Impoſſibilis.

In inſtitutione heredum ſepe apponit conditio. de qua hic ti. tractat. Eſt au
tem multiplex conditio. Quedam enim poſſibilis eſt: q̄dam impoſſibilis. Poſ
ſibilis ſubdiuiditur in cauſalē. poteſtatiuā. ⁊ mixtam. Poteſtatiua dicit q̄ depē
det a poteſtate aut voluntate implere debētis: vt hec ſi decē dederis. Cauſalis
autem eſt q̄ dependet extrinſecus. non a voluntate hoīs: ſed ab ipſa fortuna: vt
hec ſi nauis venerit ex aſia. ſi pluet tale die. Mixta eſt que partim a poteſtate ho
minis: partim a fortune euentu dependet. vt hec ſi conſul factus fueris. ſi iueris
ꝑ me romam. Impoſſibilis conditio tribus modis poteſt dici. vel natura. vt ſi
celum digito tetigeris heres eſto. vel de iure vt ſi patrē ab hoſtibus nō redeme
ris. nam hoc facere nos nō poſſe preſumit ius. infra. e. l. conditiones. ⁊. l. filius
Et de his duabus dicitur ꝙ impoſſibilis conditio in inſtitutionibus ⁊ legatis.
vel fideiuſ. et libertatibus. ꝓ non ſcripta habetur. infra. e. l. j. Eſt tertia impoſſi
bilis de facto. vt ſi montē aureū dederis heres eſto. ⁊ talis inſtitutio vel liber
tas non valet iuris preſumptione: quia ꝑſumitur animus dandi defuiſſe. l. cum
heres. § j. infra. de ſta. lib. Eſt et q̄dam quarta impoſſibilis. ꝓpter perplexita
tem. id eſt intricationem verborum. et hec ſimiliter vitiat. vt ſi faciam inſtitutio
nem hoc modo. Si ticius heres erit: ſeius heres erit. ⁊ ſi ſeius heres erit: titius
heres erit. quia primo videor velle ꝙ ſolus ticius ſit heres ſi velit: et poſtea ꝙ
ticius et ſeius ſimul ſint heredes. et ſic iſta conditio vitiat et non vitiatur. quia
vere nullatenus apparet đ volūtate ē teſtatoris. l. ſi titius. īfra. e. In cōtractib⁹
autem omnis impoſſibilitas vitiat contractum que eſt in faciendo. ſecus ſi in nō
faciendo vt ſi celum non aſcenderis. l. impoſſibilis. infra de ver. ob. et. l. non ſo
lum. infra. de acc. et ob.

## De iure deliberandi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Heredes inſtituti deliberant de adeunda hereditate an expediat eis heredita
tē admittere vel repudiare. Deliberare aūt, nihil aliud eſt ꝙ ſecū diligenter co-  Deliberare
gitare vel in mente ſua reuoluere: vel cum amicis explorare. an expediat ſibi ad
mittere id de q̄ queritur. Subueniť etiam heredibus per p̄torē vt habeant copi
am inſtrumentoꝝ cōſpiciendorum: vt ꝓinde inſtruere ſe poſſit: expediat nec ne
agnoſcere hereditatē. īfra. e. l. ariſto. ⁊. infra. de acqui. here. l. ariſto. Dať hoc
tempꝰ ab imꝑatore vſqꝫ ad annū: ab alijs autem iudicibus datur vſqꝫ ad nouem
menſes: vltra enim dari non poteſt. Sed nec minus dari debet centum diebus.
Mediū ergo tēpus eſt in poteſtate iudicantis. Sic ergo dabitur quādoqꝫ ſemel
tantum: vt cum a principio danť nouē menſes: quādoqꝫ dari poterit ſepiꝰ: vt cū
a principio dedit minus nouē menſibus. C. e. l. vl. § ſed quia quidam. et. infra  Effectꝰ deli·
e. l. j. § vlti. Eſt autem effectus deliberationis. quia interim bona non debēt di-
minui: niſi cauſa cognita. et his verbis non tantū alienatio ꝓhibita eſt. verum-
etiā exercitium actionū. Huiuſmodi autez deliberatio hodie non eſt neceſſaria.
ſi quis inuentariū ſcđm. l. facere voluerit. Nam ſi velit aliquis ſpe certiſſima he
reditatem adire vel ſe immiſcere vt non poſtea repudiet eam: nullo indiget inuē
tario: cum omnibus creditoribus ſuppoſitus eſt: vtpote hereditate ei ex ſua vo-
luntate infixa. C. e. l. vl. § j. Item et legatarijs teneť in ſolidū ꝑ auť. de here. et
fal. § ſi vo nō fecerit. Si vo q̄s nō titubāti aīmo reſpuēdā vľ abſtinēdā credide
rit eſſe hereditatē. dicebat enim ſe repudiaturum: vel abſtenturum non tamē re-
ſpuebat vel abſtinebat: expectať eius renunciatio vſqꝫ ad tres menſes. C. e. l. vl.
§ ſimiliqꝫ modo. Si autem dubius eſt vtrum ne admittenda ſit defuncti heredi
tas: nō putet ſibi neceſſariā deliberationē. ſed adeat vel ſe immiſceat omni tamē
modo confecto inuentario ab ip̄o vt exordiū capiat inuentariuz. infra. xxx. dies
poſtꝙ cognouerit hereditatem ſibi delatam. et. infra alios ſexaginta dies hoc in
uentarium compleatur. Dicitur autem inuentarium conſcriptio rerum in here-  Inuentarium
ditate defuncti inuentarum cuiuis vtilitas eſt maxima: quia q̄ inuentarij bñficio
hereditatem adierit: ille non grauabitur ꝓpter improuiſum debituz. vel etiam
ꝓuiſum ſi hereditas non eſt ſufficiens. l. ſcimus. § ex oībus. C. e.

## Liber Uiceſimuſnonus ⁊ quintus huiꝰ.

### ¶ De militari teſtamento.

Hic titulus ius ſpeciale cōtinet qđ cō-
ceſſum eſt militibus exiſtentibus in expeditione: vt iuris cōmunis
ſolennitates circa teſtamenta condenda obſeruare non teneantur.
Habēt enī milites liberā teſtamēti factionez. faciāt igiť teſtamēta  Militis teſta.
quoquo mō velint: faciāt quoquo mō poterit: ſufficiatqꝫ ad bonoꝝ
ſuoꝝ diuiſionē faciēdā nuda volūtas ipſoꝝ. id eſt a ſolēnitate remota. Et hoc qñ
eſt in prelio miles: tūc enim nullo vocato teſte cōdere poteſt teſtamentum. l. mili
tes. C. e. dū tamen duobus ſaltem teſtibus probetur teſtamētuz factū. infra. e. l.
lucius. Si aūt non in conflictu ſed in tentorio fecerit: vocandi ſūt duo teſtes. l.
diuus infra. e. Quod ſi non ſit in expeditione ſed domi: tunc iure communi vte
tur. l. pe. C. e. Miles autem appellatur vel a militia. id eſt duricia quam ꝓ no-  Miles vnde
bis ſuſtinet. aut a malo qđ a nobis arcere ſolent. aut a multitudīe. aut a numero



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mille hominũ. dictũ a grecoverbo chilia. nam greci mille hominũ multitudinē
Chilia — chilian appellant: quaſi milleſimũ queq; dictũ. vnde ipſũ ducē chiliarchon ap-
Chiliarchon — pellant: id eſt principē militie. Exercitus autē nomē ab exercitatione traxit. Et
Exercitus — cōpetit hoc priuilegiũ veris militib⁹ vt dicit Bal. in. l. j. C. de iur. et fac. igno.
non militibus tēpore noſtro. hi enī nō faciunt ea: nec habent in ſe iſtas ꝓꝓrieta-
tes quas enumerat glo. in. l. penul. §. ex qui. cau. ma. Et continentur his verſi-
Verſi. de vero milite — bus: Stigma: genus: ſcriptura: fides: examen ⁊ enſis. Hec faciunt militem: lex
dicit bononienſis.

## De acquirenda hereditate.

Adire hered. — ¶ Adire hereditatem nihil aliud eſt ꝙ velle eam habere. Nam adire nō tam fa-
cti eſt ꝙ animi. immo in nuda ⁊ ſola voluntate conſiſtit. Nam hoc animo debet
eſſe vt velit eſſe heres. Ceterũ ſi quid pietatis cauſa fecit: ſi quid cuſtodie cauſa:
vel aliud non quaſi heres fecit: ſed quaſi alio iure: apparet eũ nō ꝓ herede geſ-
ſiſſe. ⁊ ideo ſolent ꝓteſtari liberi qui neceſſarij exiſtunt: nō animo heredis ſe ge-
rere que gerunt. Sed aut pietatis aut cuſtodie cauſa. aut ꝓ ſuo: vtputa patrem
ſepeliuit vel buſta fecit ei. ſi animo heredis ꝓ herede geſſit. Enimuero ſi pieta-
Neceſſarij — tis cauſa contrariũ eſt. Eſt autē multa heredũ differentia: quidā neceſſarij tm̄ di-
cuntur: vt ſunt ſerui a dñis inſtituti qui dicũt neceſſarij: quia ſiue velint ſiue no-
Sui ⁊ neċarij — lint cogunt eſſe heredes: ſed in premiũ recipiunt libertatē. Alij ſunt ſui ⁊ neceſ-
ſarij: et ſunt hi qui in poteſtate ⁊ primo gradu teſtatiōis ſunt. Et dicunt ſui: quia
etiā viuo teſtatore quodāmodo bonorũ domini ſunt. Neceſſarij vo dicunt: quia
de iure ciuili velint nolint cogunt eſſe heredes. Sed de iure p̄torio habent abſti-
Extranei — nendi licentiā: ⁊ ſufficit ſi ſe nō immiſceant: infra. e. l. ei qui ſe. ⁊. C. vt ab here.
abſti. l. j. Tertij dicunt extranei: et ſunt qui non ſunt in poteſtate teſtatoris. In-
ter iſtos heredes traditur talis differētia: quia ſi eſt ſuus heres agnoſcendo he-
reditatem. dicitur ſe immiſcere. eo quia etiam viuentibus parentib⁹ ipſi quodā-
modo ſunt domini rerum paternaꝝ. Si autem hereditatē noluerint. dicunt ſe
abſtinere. Si vero eſt extraneus heres: dicitur adire hereditatem. Et ſi nō vult
dicitur repudiare. vterq; autē dicitur acquirere hereditatē. Et ideo titulus no-
Verſus — ſter vtitur verbo vtriſq; cōmuni. vnde ſolet dici. Reſpuit extrane⁹. adit: et Su-
us abſtinet. atq; immiſcet: ſemper acquirere conſtat vtrũq;.

## ¶ Quemadmodũ teſtamenta aperiantur. inſpici- antur vel deſcribantur.

Apire teſta. — ¶ Gratia deliberationis et aditionis hereditatis. opus eſt tabulas teſtamēti ape-
riri ideo de hoc ſequitur. Pollicetur autem pretor cuicunq; deſiderāti tabulas
teſtamenti inſpicere vel etiam deſcribere aut legere ſe facturum poteſtatē inſpi-
ciendi vel deſcribendi. ſiue hoc ſuo vel alieno nomine deſiderent. Debet ergo
ad hoc impetrandam iudex adiri. quia neq; ſine iudice tranſigi neq; apud iudi-
cem exquiri veritas aliter poteſt de his cōtrouerſijs que ex teſtamento proficiſcũ-
tur: ꝙ inſpectis cognitiſq; verbis teſtamenti. Et ideo equũ fuit vt deſiderium
Teſtamētũ ꝓprie — volentis aperiri teſtamentum reciperetur. Et dicitur ꝓprie illud teſtamentum
quod iure perfectũ eſt. Sed abuſiue etiam ea appellamus teſtamēta que falſa ſūt
vel iniuſta vel irrita vel rupta. Et cum ab initio aperiende ſunt tabule teſtamen-
ti: iudicis officiū eſt vt cogat ſignatores ſi preſentes ſint conuenire: ⁊ ſigilla ſua
recognoſcere: ⁊ iurare dicere verũ an ſua ſint vel nō: ⁊ an teſtamentũ ſit illi⁹: vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

negare ſignaſſe. publice eñ expedit ſupꝛema hominũ iudicia: id eſt voluntates exitum habere.

## ¶ Si quis omiſſa cauſa teſtamenti.

¶ Sepe contingit ꝙ inſtituti in teſtamento obmittunt adire hereditatem ex inſtitutione pꝛopter euitanda onera legatoꝛũ: ⁊ accipiũt hereditatem ab inteſtato: vſurpantes ſibi ius minime conceſſũ: tales incidũt in penã huius ti. Datur enim contra eos vtilis ex teſtamento actio. quod ptoꝛ ideo ſtatuit vt volũtas defunctorum tueretur. ⁊ calliditati: id eſt fraude eoꝛum occurreret: qui obmiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato hereditatem totam partẽue eius poſſideant: ad hoc ꝙ eos circũueniant: id eſt decipiant quibus aliquid ex voluntate defuncti deberi potuit. Et pꝛopter tria introducit̃ hoc edictũ. Pꝛimo pꝛopter eum qui obmittit ex teſtamento: ⁊ ipſe idẽ tenet ab inteſtato. de quo infra. l. j. in pꝛin. Secũdo ſi quis ꝑ fraudem obmiſerit hereditatẽ vt ad legitimũ perueniat: accepta inde pecunia. talis enim obmittens tenebit̃ petitione legatoꝛũ: infra. l. j. §. fi. Tertio cum inſtitutus obmittat vt ad ſubſtitutũ veniat: infra. e. l. ſi non ſolus. Rõnes edicti

## De ſenatuſcõſulto Sillaniano et Claudiano ⁊ quoꝛum teſtamenta non aperiantur.

¶ Hoc titulo punitur heres ſi hereditatẽ adeat ante queſtionẽ habitam de familia. quando enim teſtatoꝛ necatus vl' interfectus reperit̃: nõ debet heres aperire tabulas teſtamenti. neq; adire hereditatem niſi pꝛius queſtio: id eſt toꝛtura habita ſit circa familiã quis teſtatoꝛẽ interfecerit: ad eruendã veritatẽ nomine necati. Cum eñ aliter nulla dom⁹ (que tamẽ cuiq; debet eſſe tutiſſimũ refugiũ) tuta poſſet eſſe: niſi a domeſticis domini etiã ꝓpꝛio periculo capitis cuſtodientium tuerẽtur. Ideo ſenatuſconſultũ Sillanianũ ⁊ Claudianũ introducta ſunt ad publicam queſtionem de familia necatoꝛis habendã. Appellatione autẽ occiſoꝛum continent̃ qui ꝑ vim aut ꝑ cedẽ ſunt interfecti: vtputa iugulati: ſtrangulati: pcipitati: vl' ſaxo vl' fuſte: vl' lapide percuſſi. vel aliquo telo necati. Et totiens puniẽdi ſunt qui auxiliũ dño nõ tulerũt: quotiẽs potuerũt ei aduerſus vim opem ferre ⁊ nõ tulerũt. Et punit hoc ſenatuſcõſultũ eos q̃ ſub eodem tecto fuerũt. Qui vero nõ ſub eodẽ tecto: ſed in eadẽ regione fuerũt: nõ aliter puniunt̃ niſi cõſcij fuiſſent. Qui ergo teſtamẽtũ aperit hac inq̃ſitiõe nondũ facta. vel aliq̃d aliud fecerit: in hanc popularẽ actionẽ incidit: cui⁹ pena in centũ aureos ex bonjs dãnati: id eſt heredis extendit̃. ⁊ pars dimidia ei cui⁹ opa cõuict⁹ erit: pmij nomine dabit̃. reliqua pars in vſum publicum redigetur. Sillanianũ Claudianũ

## ¶ Si quis aliquem teſtari pꝛohibuerit.

¶ Aliã cauſam põit ꝑdende hereditatis: qñ quis ꝓhibet aliquẽ ne teſtet̃: ⁊ hʒ locũ qñ cogo te vt me inſtituas. Itẽ ⁊ qñ cogo te vt alium inſtituas. vt. C. e. l. j. Qñ ipedito te teſtari vl' de nouo: vl' q teſtamẽtũ pmũ mutare. vl' teſtamẽtariũ. i. notariũ ſcribentẽ teſtamentũ introire ad teſtatoꝛẽ veto. tũc eñ mihi denegantur omnes actiões ꝓ eadẽ hereditate cõpetẽtes. Denegatiſq; actionib⁹: hereditas ad veniẽtes ab inteſtato deuoluit̃: al's ſi delinquẽs ꝓximioꝛ reperitur: vel habet pares in gradu: pars delinquentis ad fiſcum ſpectabit. l. ij. infra e. Pꝛohibere q̃s dicitur Teſtamẽtarij

De iure codicilloꝛum



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Codicillus ¶ Nunc de iure codicillorum. id eſt de parua vel minima ſcripta voluntate diſſeramus. qui ideo codicilli dicuntur. quia in breuiori cartula vel codice. id eſt libello fiebant q̃ teſtamentum. Et ſolum in eis fideiuſ. relinquebantur Et habēt ſe codicilli ad teſtamentu: ſicut ſcafa ad nauem. Et poſſunt codicilli fieri etiā ſi nullum fiat teſtamentū. Si autem poſt codicillos quis teſtamentū fecerit: videt codicillos cōfirmaſſe niſi expreſſe eoſdē reuocauerit. Et poſſūt fieri plures codicilli: et non requirūt ſolēnitates niſi q ſolum adſint q̄nq3 teſtes. ſicut et in qualibet vltima volūtate. C. e. l. fi. ⁊ de fideiuſ. l. fi. Codicillis aūt nō poteſt dari hereditas neq3 auferri ſc3 directe. Neq3 conditio heredi in teſtamento inſtituta apponi. Neq3 directa ſubſtitutio fieri ſed p fideicōmiſſum bn̄.

Plres codicil.

## Liber triceſimus et ſextus huius.

### ¶ De legatis et fideicommiſſis primo.

Expedita materia teſtamentorū: nunc de acceſſoria teſtamenti. id eſt de legatis iuriſconſultus ponit. cum regulariter ſcdm principale etiam acceſſoriū reguletur. Et diuiditur iſte titulus in tres libros vel tractatus in quibus nihil aliud niſi de legatis diſponit. et eſt hoc factu3 vt quidā volūt ppter plixitatē vitandā: q̄ eſſ3 ſi lōga iſta materia legatoꝝ ſub vno titulo poſita fuiſſet. vel qđ meli⁹ eſt: titulus de legatis .j. agit principalit̄ de reb⁹ legatis: q̄ ſc3 poſſint legari vl̄ nō. pōt autē legari omnis res: vel propria: vel heredis: vl̄ etiam aliena. dūmodo hoc vltimo caſu heres rem legatā redimat: et legatario preſtet ſi poſſit: al's ſoluet ipſius rei eſtimationē. quando teſtator ſciuit rem eſſe alienā: et illius rei commertiū cōmuniter haberi poteſt: al's ſi res legata non eſt in commertio hominū: vl̄ eſt: ſed cu3 difficultate. tunc nec eſtimationem heres preſtabit: niſi aliter appareat de mente teſtatoris. infra. eo. l. ſi quis inquilinus. ⁊ niſi quando liber homo ſibi legat̄ q̄ fuerat redemptus ab hoſtibus. infra. eo. l. ſenatus. §. fi. Et eſt legatu3 donatio q̄dam a defuncto relicta ⁊ ab herede preſtanda. vnde ſolet dici: O puer hoc dictū tu credas eſſe legatum. Quod ſit donatum vel a teſtatore relictum. Et in q̄ differat a donatione cauſa mortis habetur inſtitu. e. in princi. Uel legatum eſt deliberatio hereditatis qua teſtator (ex eo q vniuerſum foret heredis) alicui quid collatum velit. infra. eo. l. legatum eſt.

De legat. j.

Legatū quid

## ¶ Liber triceſimuſprimus et ſeptimus huius.

### De legatis et fideicommiſſis ſecūdo.

In hoc libro principaliter tractatur de pſonis legātiū ⁊ legatarioꝝ pōt ergo q̄lib3 legare: q̄ ⁊ teſtamētū facere pōt. Et ſilr̄ legari pōt ol̄b⁹ pſonis q̄ capaces ſūt receptiōis: ⁊ q̄ ex teſtamēto aliq̄d recipe pn̄t. Sūt aūt q̄ttuordecim pſone q̄ nō pn̄t facere legata. de q̄b⁹ glo. in. l. ſi querā. ſ. de teſta. ⁊ no. glo. iſti. q̄ nō ē p. fa. teſ. §. fi. Et nouē pſone quib⁹ nihil poteſt relinqui: quas enumerat glo. in. l. j. infra de iur. fiſ. et inſti. de lega. §. legari.

Qui pn̄t legare et quibus.

## Liber triceſimuſſecundus ⁊ octauus huius.

## De legatis ⁊ fideicõmiſſis tertio

Iuriſcõſultus hoc libro tractat de ſi-
gnificatõe verboꝝ tam circa res legatas: ꝙ circa ꝑſonas lega tiũ:
et legatarioꝝ. Supradicti tñ tituli nõ obſuant in oĩbus iſtã ſpeci-
ficã diſtinctõem inter hos tres libros de legatis traditã Sepe eñ
quod vni eſſet attribuendũ in alio ponit vt dicit glo. ŝ. de leg. j. in
rubro. Iſtud tñ ſũmarie ſciendũ ꝙ olim inter legata ⁊ fideicõmiſſa longa eſſet — *Inter legata*
differentia. hodie tamen exequata ſunt legata fideicõmiſſis ꝑ oĩa. vt nulla ſit in- — *⁊ fideicõmiſſa*
ter ea differẽtia niſi quantũ ad vocabulũ. ⁊ qđ deeſt legatis repleatur ex natura
fideicõmiſſoꝝ: ⁊ ſi quid ampli⁹ ẽ in legatis ꝑ hoc creſcat fideicõmiſſi natura in-
ſti. e. § j. et quicq̃d ſtatuit in vno ſtatuit in reliquo. imo eſſe legatum ẽ fideicom
miſſum. ⁊ econtra. ſecũdo in fideiuſ. ſingularibus. nã vniuerſalia fideiuſ. adhuc
aliq̃d ſingularitatis habent.

## Liber triceſimuſtertius. ⁊ nonus huius

### De annuis legatis ⁊ fideicõmiſſis

Cum in annos ſingulos aliquid lega- — *Annuũ legatũ*
tum ſit: illud annuũ legatũ appellatur. Et ſi nõ ſit aſcriptũ quo lo-
co ſolui debet. quocũqꝫ tunc loco, petet dari debet. Et cũ aliquid in
ſingulos annos legatũ fuerit: tunc plura ſunt legata. ⁊ ꝓmi ãni pu-
rũ eſt: ſequentium autẽ annoꝝ cõditionale. videt eñ ineſſe hec con
ditio ſi viuat. ⁊ ideo mortuo legatario ad heredem ſuũ legatum non tranſit. Cũ — *In ſinglos an*
eñ in ſingulos annos legatũ relictuꝫ eſt: ſimile ẽ vſufructui cũ morte finiat. In — *nos legatum*
hoc aũt ab vſufructu differt: qꝛ capitis diminutione non finitur legatum in ſingu
los annos relictum. quia legatum ſequentis anni eſt aliud legatum. ⁊ ſic iſtud
habebit legatarius cum plura ſint legata. ⁊ in capite cuiuſcũqꝫ anni inſpicit an ſit
capax legati vel non. ⁊ ideo in ꝓncipio anni etiam ſolui debet. Si aũt legatuꝫ ſit
ꝑ hec ṽba. hoc anno: vel quolibet anno: ⁊ tunc in fine anni ſit ſolutio. l. q̃ hoc an
no. infra. de ṽ. ob. vnde ſolet dici. Annua ſi debes: tunc inſpicias caput anni. — *Verſus*
Anno ſi debes. in fine tenebris anni. glo. inſti. de ṽ. ob. § oĩis. ⁊ de inuti. ſtip.
qui, hoc anno.

## De vſu ⁊ vſufructu ⁊ reddítu ⁊ habitatione et operis ꝑ legatum vel fideicõmiſſum relictis

Iſte ti. differt a ti. de vſufruc. ⁊ vſu habitatione ⁊c̃. in quibus etiam tracta-
tur de tali materia. Sed hic in vltima voluntate tantum ꝓſequit Alibi etiã int
viuos Et eſt regulare ꝙ nec vſus nec vſufructus itineris actus. aut vie aquedu
ctus legari poteſt ab eo cui debeantur hmõi ſeruitutes: qꝛ ſuit⁹ ſuitutis eſſe nõ — *Seruitus an*
põt. Nec obſtat qđ đꝛ. ꝙ oĩm que in bonis ſint legari poſſit vſufructus: quia ſer- — *poſſit ligari*
uitus neqꝫ ex bonis neqꝫ extra bona ſit. imo in alienis bonis eſt ſemper: qꝛ ſua
res nemini ſeruit. ŝ. ſi vſufruc. pe. l. vtifrui. Poſſunt etiam liberi homĩs ope le- — *Ope legãtur*
gari: ſicut et locari ⁊ in ſtipulationem deduci. habitationis quoqꝫ legatum in ſin
gulos annos factum ab initio deberi conſtat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## De ſeruitute legata

¶ Quid iuris circa ſeruitutes ꝯſtituendas vel acq̄rendas ſit: traditū eſt ſupra in materia ſ̄uitutū. Sed q2 hic teſtamenta ⁊ legata que in his fiunt examinant̄. ido etiam inter cetrea ponit̄ hic titulus tractans quō ſeruitus legari poſſit et quid in eo legato veniat: aut quem effectum habeat.

## De dote prelegata

Prelegatum

¶ Iſtud pre. nihil opat̄ in toto ti. ſic̄ ⁊ cū dr̄ ꝑelecto. vt. C. de emē. iuſ. codi. l. j. et eſt figura epilempſis vel tantologia ſ̄m Azo. vel ideo dicit̄ dos p̄legata ſ̄m Roygleriū. quia ante tp̄s dotis tale legatū dotis vel relictū capit̄ Ideo im̄erito p̄legata dos. i. p̄mature capibilis dici poteſt. Et cum dos p̄legatur illud dotꝭ p̄legationi ineſt. ⁊ nihil plus: qȯ inerat actioni de dote. niſi in ſolo tp̄e.

## De optione vel electione legata

Optōis lega.

Sors iudex

¶ Optōis legatū eſt. vbi teſtator ex ſ̄uis ſuis vel alijs rebꝰ optare. i. eligere iuſſerat. Et olim habebat tale legatū in ſe ꝯditōem. ſc3 ſi legatarius elegerit. Et iō niſi ip̄e legatarius viuꝰ optaret: ad heredē tale legatū nō trāſmittebat: hodie autē ex noua ꝯſtitutōe. l. fi. C. cōia. de le. data eſt licētia etiā heredi legatarij optare: licet viuꝰ legatarius hoc nō fecit. Et ſi plures ſint legatarii quibus optio relicta eſt: ⁊ diſſentiāt in corpe eligēdo. talis diſcordia dirimēda ē ſorte: ⁊ fortuna erit iudex huius optionis. vt ad quē ſors deuenerat illiꝰ ſn̄ia in optōe p̄cellat. et mittet̄ iſta ſors talis vel alio modo. ſic ſupra de iudi. l. in his tribus

## De vino: tritico: ⁊ oleo legato

Vinū legatu3
Acetum
Mulſum
Hydromellū
Defrutum
Accinaticium
Cydronium
Zitum
Chamum
Dolia
Oleum
Triticum
Frumentū

¶ Vino legato etiā acetū ꝯtinet̄ qȯ p̄r̄fa. vini nūero habuit. Et ſi q̄s vinū legauerit: omne qȯ ex vinea natū vinū ꝑmanſit ꝯtinetur: ſed ſi mulſum ſit factū vl̄ idromellū. i. potio de aqua ⁊ melle ⁊ vini appellatōe nō ꝯtinebit̄: ſicut nec defrutū. i. vinū bulitū: neqꝫ accinaticiū neqꝫ cydroniū qȯ fit ex pomis cōtinebit̄. S3 cenomellū. i. dulciſſimū vinū. ⁊ paſſum cōtinebit̄: ⁊ hoc verū ſi vini numero a teſtatore ſunt habita: alias oīa vini appellatōe ꝯtinent̄: q̄ vini numero p̄r̄fa. habuit ſicut zytū ⁊ chamum. ⁊ cetera q̄ ꝓ hoīm affectōe potatōis loco lōgo tp̄e habentur Et legato vino etiā vaſa debent̄ in q̄bꝰ ad ꝑpetuū vina reſeruari ſolent. De oleo legato q̄d ꝯtinet̄ ponit. l. iij. de tritico ⁊ frumēto. ⁊. l. quidā heredem. īfra. e.

## De fundo inſtructo ⁊ inſtrumēto legato

Fundꝰ inſtructus
Inſtrumentū
Inſtrumenta fundi

¶ Fundꝰ inſtructꝰ dr̄ q̄ ea inſtrumēta h3: ſine q̄bꝰ fundi exercitiū inutile eēt Qui ergo fundū inſtructū legat: videt̄ fundū cū ſuis inſtrumētis legaſſe. Eſt aūt inſtrumētū. apparatꝰ rerꝫ diutiꝰ manſurarꝫ. ſine q̄bꝰ exerceri neq̄ret poſſeſſio Et ſunt inſtrumenta fundi ea: q̄ fructꝰ q̄rēdi: colligēdi: ꝯſ̄uandi gr̄a ꝑata ſunt. Et tractat h̄ ti. de inſtrumēto fūdi. ⁊ domꝰ. ⁊ p̄r̄ſſa. ⁊ horti: ⁊ taberne: ⁊ caupone. et balnei: ⁊ ville: ⁊ vrne: ⁊ pictoris: ⁊ piſcatorꝭ: ⁊ delanioris: ⁊ piſtoris: ⁊ medici

## De peculio legato

Peculium legatum

¶ Peculio legato quicquid viuo teſtatore accedit ad legatarium ꝑtinet: qȯ aūt poſt mortē: non: niſi ip̄i ſ̄uo legatū fuerit peculiū. Et ſeruo teſtamento manumi-

ſo nō intelligiť relictū eſſe peculiū niſi exp̄ſſe appareat. Secus ſi inter viuos fuerit manumiſſus. Et ſeruus cui legatū eſt peculiū: non pōt repetere eas expēſas quas ꝑ dn̄o ſuo expēdit. Quid aūt ſit peculiū dictū ē ſupra de pe.

## De penu legata

Si quis penū legat. cōtinentur in legato om̄ia que ſunt parata eſui ꝛ potui. Continenť etiam ea in q̄bus ſolemus eſſe. id eſt comedere. vt oleū ꝛ garū id ē ſalſamentū: amurca: mel ꝛ cetera ſilia. Eſt aute penus cella ꝑ ↄſeruādis eſculētis et poculentis ↄſtituta. ꝛ in hoc differt a cellario: quia cellarium eſt paucorū dierum. vn̄ ꝛ in cella dicit imperatū frumētum: penus vero longi t̄pis. ꝛ dr̄ penus peni. ꝛ penus penoris. ꝛ penu. Ser. j. en. Penus Garum Cellarium

## De ſuppellectili legata

Suppellex ē domeſticum patriſſa. inſtrumētum. quod neqꝫ argēto auroue facto vel veſti ānumereť a p̄feſa. id ē cetere res mobiles: nō aīalia. Et legata ſuppellectili. hec cōtineť: mēſe: trabe: zephore: delphica ſubſellia: ſcāna: lecti etiā inargentati: culcitra: impalia vaſa: oralia impanalioſa: vaſa aquaria. peluis aquiminaria: candelabra: lucerna: drulla ꝛ capſe. ꝛ armaria. ꝛ vitria eſcaria. ꝛ potoria: ꝛ preterea omnes res que ad vſum cōem p̄fiſſa. pate ſunt. que nomē ſui generis ſepatim nō h̄nt ſuppellectilis appellatiōe continētur Supellex

# Liber triceſimuſquartus ꝛ decimus huius

## De alimentis ꝛ cibarijs legatis

Si alicui leganť alimenta debenť ſibi cibaria ꝛ veſtitus ꝛ habitatio: qꝛ ſine his corpꝰ ali nō pōt. Alia aūt q̄ ad diſciplinā ꝑtinent in legato nō ↄtinenť. niſi ꝑbeť aliud teſtatorē ſenſiſſe Sed ſi q̄s diaria vel cibaria reliq̄t: neqꝫ veſtiarium: neqꝫ calciariū debeť: qꝛ de cibo teſtator tm̄ ſēſit Eſt aūt diariū: qđ alicui ſingulis diebus ꝑ cibo relinquitur. Et ſi quis puero vel puelle alimenta relinquat: adueniente pubertate legatum nō expirat. Sed tamdiu ei debenť. donec teſtator voluerit. ꝙ ſi non appareat quid ſenſerit. ꝑ totum t̄ps vite ſue debebunť. Si aūt exp̄ſſit ꝙ vſqꝫ ad pubertatē alim̄ta relinq̄t: hoc caſu pueri vſqꝫ ad. xviij annū: puelle vſqꝫ ad. xiiij. an. alanť. ꝛ hoc pietatis ītuitu ꝛ fauore alimētorū. Alimenta Diarium Uſqꝫ ad pubertatem

## De auro: argēto: mūdo: ornamentis: vngentis: veſtibus vel veſtimentis ꝛ ſtatuis legatis

Cum aurum argentumqꝫ legatur: quicquid auri argentiqꝫ relictum eſt in hereditate hoc legato continetur: ꝛ hoc propter generalitatem verborum. Species autem ex auro vel argento facta non continetur: niſi teſtator omne argentum legauerit. Mundus eſt ornamentum mulieris in quo mulier mundior fit. continentur et ſpecula: matule. id eſt vrinalia: vngenta: vaſa vngentaria. et ſi qua ſimilia dici poſſunt. Ornamenta autem muliebria ſunt: quibus mulier ornatur: veluti in aures: armille: viriole: anuli. ꝛ omnia que ad aliam nullam rem parantur niſi corporis ornandi cauſa Ex quo numero etiā ſunt gēme: lapilli. vitte. Aurum Mundus Matula Ornamenta muliebria

mitre.ſemimitre:lautica:acus:cum margarita quã mulieres habere ſolent reti
cula:crocifuſia.Eſt ergo aliud eſſe mulierem mundã.aliud ornatam.vt ſolet cõ
tingere in his q̃ ſe mundauerint lote in balneo:neq̃ tamen ſe ornauerint:⁊ econ
Ungenta — tra eſt aliqua mulier ſumme ornata neq̃ tamẽ emundata.ſi non lota ſit.Ungen
ta dicunt̃ non ſolum quibus vnguntur voluptatis cauſa ſed etiam valitudinis id
eſt neceſſitatis:qualia ſunt comagina:glaucina.roſamirra.colũ.nardu3 purum:
quo quidem etiam mulieres vngunt̃ vt elegantiores ⁊ mundiores ſint. Nihil re
Veſtimẽta — fert an veſtis vel veſtimenta legent̃: ⁊ oĩa lanea:linea:ſerica vel bombicina: q̃
induendi:precingendi:amiciendi:inſternendi:iniciendi:accubandiue cauſa pa
rata ſunt.Et que his acceſſionis vice accedunt vt ſunt picture inſite:vel que cla
Virilia veſti-menta — ui veſte inſinuuntur:veſtimentoꝝ vocabulo continentur. Veſtimenta autẽ oĩa
aut virilia ſunt aut puerilia:aut muliebria:aut cõmunia.aut familiaria.Virilia
ſunt que parata ſunt cauſa ipius patriſſa.veluti toge ⁊ tunice:palliola:veſtimen
Puerilia — ta:ſtragula:anſitaria ⁊ ſaga.id eſt veſtis vilis ⁊ raſa.Puerilia ſunt que ad nul
Muliebria — lum alium vſum ꝑtinent niſi ad puerilẽ veluti pretexte toge: alicule: clamides:
et talia que filijs nr̃is cõparamus.Muliebria ſunt que matriſſa.cauſa ꝑata ſunt
Cõmunia — quibus vir non facile vti poteſt ſine vitupatione.veluti ſtole: capicia:pallia:tu
nice:zone:mitre:plagule:penule.Cõmunia ſunt quibus vtitur mulier cum vi
ro.veluti penula:palliu3 ⁊ reliqua hmõi: quibus ſine reprehenſione vel vir vel
Familiaria — mulier vtatur.Familiaria ſunt que ad familiã veſtiendam parata ſunt:ſicuti ſa
ga:linthea:ſtragule:veſtis ex pellibus pelles caprine ⁊ agnelline veſtes.Si ſta
Statua — tuam quis leg t:⁊ poſtea ex alia parte brachium ei adiectum ſit ꝑ teſtatorem:om
ni modo ſtatua a legatario vendicari poteſt.id eſt poteſt petere legatarius ſtatu
am ipſam cum omni re adiuncta.

## ¶ De liberatione legata

Liberationis legata — ¶ Si quis debitori ſuo liberatõem legauerit:legatũ eſt vtile.⁊ neq̃ ab ipo debi
tore neq̃ ab herede eiꝰ.põt heres teſtatoris petere.neq̃ ab alio qui loco heredis
eſt:q2 debitor h3 exceptõem ex tali legato:imo põt debitor etiã heredem cõueni
re vt liberet eũ.Et põt legatũ liberationis fieri vel in ꝑpetuũ: vel ad tp̃s iubere
ne heres a debitore petat.⁊ habebit hoc tp̃s liberatõis non ſolum debitor donec
viuat:ſed etiã poſt mortẽ eius heres ſuus.l.nõ ſolũ.infra.e.

## De rebus dubijs

Ambiguꝰ ſermo — ¶ Quia in ambiguo ſmone nõ vtrũq̃ dicimus:ſed id dũtaxat qd̃ volumus:et
qui aliđ dicit q̃ꝫ vult:ille neq̃ id dic̃ qđ vox ſignificat:q2 nõ vult:neq̃ ad qđ vult
q2 nõ illđ loquit̃.Et q2 tales perplexitates ambiguitates ⁊ amphibologie.⁊ cete
ra multa dubia.obſcura ⁊ caliginoſa in teſtamentis ⁊ legatis intercidunt:iđo de
interp̃tationibus rerum dubiarũ hic ti.tractat.

## ¶ De adimendis legatis ⁊ fideicõmiſſis.

Legata adimi — ¶ Legata dicuntur adimi:quãdo ex eodem teſtamẽto ſiue codicillis ea que pri
us legata fuerunt reuocantur:vel in alium transferunt̃.Et fit ademptio ſiue ver
adempta quõ — bis contrarijs.veluti qui legauit ꝑ verba do:lego:ita adimat.non do:non lego.
Siue fiat verbis non ↄtrarijs: ſed alijs quibuſcunq̃ verbis denotantibus reuo
cationem ademptionem vel tranſlationẽ.puta adimo:vel peniteo eius qđ dedi:
vel ſilia.Immo etiã nuda volũtate p̃ſũpta fit ademptio.puta ſi teſtator factus ſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inimicus capitalis ipſius legatarij. poſt factum teſtamentum. l. iij. infra. e. Sed ſi tales inimicicie poſt ea ceſſent: ⁊ rurſus amici fiant. tunc reconualeſcit. l. ꝙ ſi iterum. infra. e. q2 ambulatoria eſt defuncti voluntas vſqꝫ ad vite ſup̄me exitum Transfert aūt legatū quattuor modis. Aut eīn a pſona in pſonā transfert. Aut ab eo q̄ dare iuſſus eſt transfert vt alius det. Aut cū res ꝓ re dat. vt ꝓ fundo decē aurei. Aut qđ pure datū ē transfert ſub ꝯditiōe. l. tranſlatio. infra. e.

Transfert legatum

## De his que pene nomine delinquunt

Legare pene nomīe is dr̄ q̄ in legato aliquid exp̄ſſit qđ cohercēdi heredis cā relinquit. q̄ magis heres aliq̄d faciat vel non faciat. veluti ſi teſtator ſcripſiſſet: heres me⁹ ſi filiā ſuā in mr̄imonio cū ticio nō collocauerit det decē aureos ſeio. vel ita: heres meus ſi ſeruū ſtichū nō manumiſerit. det ticio decē aureos. Et licꝫ olim inutile erat tale legatū pene. hodie tn̄ legatum taliter ſiue ademptū ſiue tranſlatū. ac etiam heredis inſtitutio pene nomine facta. valet niſi ſub ꝯditiōe impoſſibili vel legibus interdicta vel ignominioſa fiant. de hoc inſti. de lege. § fi.

Legare pene nomine

## De regula cathoniana

Cathonis regula circa legata olim vſitabatur. Et ꝯtinebat in effectu ꝙ ea legata q̄ caduca fierēt aut eēnt nulla ſi teſtator ſtatim facto teſtamēto moreretur: ꝙ iſta non cōualeſcerēt ſi teſtator diutius poſt teſtamentū ſupuiueret ⁊ res iterum ad eum ſtatum ꝑueniſſet a quo incipe potuiſſet. puta teſtator legauit rem ipſius legatarij ipī legatario: iſtud legatum eēt inutile. ſi teſtator ſtatim moreret: quia res ꝓpria alicuius ſibi legari non pōt. § ſꝫ ſi rem. inſti. de leg. quia res ſemel ſua non poteſt amplius fieri ſua. inſti. de act. § ſic itaqꝫ. Sed ſi viuo teſtatore. legatarius eandem rem alienauerit. ⁊ ita ad ſtatum ꝑueniat vt amplius non ſit legatarij: p regulam catho. non cōualeſcebat hoc legatum. ſed erat inutile oīno. Jure autē nouiſſimo ſublata eſt iſta regula p. l. vnā. C. de ca. toll. ⁊ fal. alias ī multis caſibus quos no. glo. in ℣. falſa ē. in. l. j. infra. e.

Cathonis re.

## De his que ꝓ non ſcriptis habentur

Si quis hereditatem vel legatum ſibiipī aſcripſit. incidit penas. l. cor. de fal. et nihilominus ſcripture ſue ꝑinde habent. ac ſi inſerte teſtamento nō fuiſſent. Sic etiam q̄ in teſtamento ſcripta ſunt. ⁊ non intelligunt q̄d ſignificēt: ea ꝑinde ſunt ac ſi ſcripta non eēnt. Que pene ſeruo relinquuntur. extra cauſam alimētorum. ꝓ non ſcripto habētur. Legatum qđ alicui aſcribitur qui in rebus humanis eo tp̄e non erat: vel qui in hoſtium ꝑtāte fuit: neqꝫ ab hoſtibus redijt pro nō ſcripto erit. ⁊ de fi.

Aſcribens ſibi hereditatē
Que pro non ſcriptis habeantur

## De his quibus vt indignis legata auferunt

Legatarius qui teſtatorem de illicita negociatione poſt mortem detulit: carere debet legato ſeu fideicōmiſſo qui ſibi ex teſtamento relicta fuerant Similiter ⁊ ille qui manifeſtiſſime comprobatus eſt id egiſſe. vt per negligentiam ⁊ culpā ſuā mulier a qua heres inſtitutus erat moreretur. Aut qui teſtamētuꝫ dicere voluit inofficioſum in quo ſibi legatum eſt factum: vel ſi quis non obtēperauit mādato aut cōditioni in teſtamēto legalis appoſite. vel ſi inimicicie capitales interuenerunt int legatariū ⁊ teſtatorē. vel ſi palam ⁊ apte teſtatori maledixerit ⁊ in-

Auferunt legata,

faustas voces aduerſus ipm̄ iactauerit.

# Liber triceſimuſquintꝰ et vndecimꝰ huius

## De cõditionibus ⁊ demonſtrationibꝰ ⁊ cauſis et modis eorum qui in teſtamento ſcribuntur

DE legatis ſupra dixit ĩ quibꝰ q̃ꝛ q̃n̄ꝙ
ponitꝰ ꝯditio.demõſtratio.modꝰ.⁊ cā.ideo de his dicit. Eſt autē
Conditio — cõditio q̄dā legati ſuſpenſio cui. de futuro defectus vel cõfirmatio
Demõſtratio — pēdet. Demõſtratio ē quedā in exiſtentibus vel p̄teritis accidenti
Cauſa — bus noticia:q̄ magis legatū ſit liquidū adhibita. Cauſa dꝛ quedaꝫ
Modus — de p̄teritis p̄cedēs ſuaſio.q̄ teſtimonio nr̄o magis quē honoramꝰ Siue eſt animi
cõpulſio a nobis exp̄ſſa. Modus ē de futuro ⁊ quaſi cuiuſdā remūerationis a le
Conditio multiplex — gatario petite exhortatio:quo nõ cõpleto:ita relicto quis p̄uatꝰ.⁊ ſicut deficiente
cõditiõe ab initio nõ capitꝰ. Et eſt natura ꝯditõis vt ſi ſit poteſtatiua ei obtempe-
retꝰ.nec ꝑ eum q̄ obtempare debet aliq̄d fiat quo minꝰ adimpleatur q̄ caſu ꝓim
pleta habetꝰ.⁊ relictū capietꝰ. C. de ꝯdi.inſer.l.ſi. Si ꝟo eſt turpis vel in hone-
ſta:ſi q̄dem ex ꝑte legatarij.ꝓ nõ adiecta habetꝰ.⁊ idē de impoſſibili. Si aūt ex
ꝑte heredis ꝓponatꝰ: tūc legatū viciatꝰ.inſti.de leg.§.fi. Si ꝟo caſualis vel mixta
fuerit:euentus ſpectabitꝰ. C.de ca.toll.l.vna.§.ſinautē aliq̄d In mixta ꝟo lega-
tarius adiuuatur ſi ꝑ eum non ſtetit:ſed ꝑ hunc in cuiꝰ fortuitū caſum ſteterit.vt
Si — C.de condi.inſer.l.legatū. Et fit conditio ꝑ ſi.ſ.de condi.inde.l.q̄ ꝓmiſit. fit
Cum — etiā ꝑ cum.vt infra de ꝟ.ob.l.qðcūꝙ.§.non ſolū. Natura ꝟo cauſe vel demõ-
ſtrationis eſt.vt q̄uis falſa demonſtratio.vel cā dicatꝰ: legatum tñ nõ viciatꝰ in-
Quia — ſti.de leg.§.ſi q̄s in noīe.⁊. C.de fal.cau.adiec.l.ij. Et fit cauſa ꝑ qꝛ. Demõſtra
tio aūt oſtendēdo aliq̄d. Natura ꝟo modi hec eſt.vt modus adimpleatur:vel ꝑ
Ut — legatariū non ſtet q̄ minꝰ adimpletꝰ.⁊ ſic legatū nõ reuocatꝰ. C.de his q̄ ſub mo.
Verſꝰ. — l.j.⁊.ij. Et fit modus ꝑ vt.vt ibi.vnde ſolet dici. Scito ꝙ vt modus ē.ſi ꝯditio
qꝛ cauſa.de hoc glo.in.c.verꝫ de con.appo.⁊ iſte.de lega.§.longe magis

## Ad legem falcidiam

Quia lege ſalcidia legata minuuntꝰ.iō de ea ſeq̄tꝰ. Cū eñ lege.xij.tab.libera
erat legādi ꝑtās vt liceret etiā totū p̄rimoniū in legatis erogare. Cautū eñ erat
ea lege in hunc modū.vti q̄ſꝙ legat rei ſue.ita ius eſto Sꝫ qꝛ oportunū erat gr̄a
Falcidia — teſtatoꝝ.legādi licentiā coartare:plerūꝙ eñ inteſtati moriebantꝰ. recuſantibꝰ
ſcriptis heredibꝰ.ꝓ mīmo aut nullo lucro hereditates adire. Lata eſt ergo no-
uiſſime lex falcida:q̄ cauetꝰ ne plus legare liceat ꝙ dodrantē.i.nouē vncias to-
toꝝ bonoꝝ Siue ergo vnꝰ heres inſtitutus ſit ſiue plures:etiā ſi eēnt mille:apō
eū eoſue ꝑs q̄rta remaneat.cõmuniter inter eos diuidenda. Et dꝛ falcidia iō:qꝛ
ſicut falx fenū:ſic lex hec legata reſecat.vl'a falcidio auctore dicta.ſicut publicia-
na:a publicio inſti.de act.§.alie.de hoc.ij.diſ.quedam.⁊ in.c.raynaldus.de te
Qñ hꝫ locum falcidia — ſta.glo.vl.⁊ in.c.raynūcius.in glo.potuit Et anteꝙ detrahatꝰ falcidia.detrahē
dum eſt ꝑus ex p̄rimonia.totū es alienū. Itē funeris impēſe. Itē p̄ciū ſeruoꝝ ma
numiſſoꝝ. Et de reſiduo p̄rimonij debent fieri q̄ttuor ꝑtes:ita ꝙ vna ex illis re
maneat penes heredē:de alijs trib ſoluantꝰ legata vnicuiꝙ plus vel minus ſm

q̄ teſtatator voluit. Et ſi plus ſit legatū q̄ ſint vires patrimonij. id ante oīa deducit̄ ⁊ poſtea falcidia detrahit̄. vnde ſolet dici. Tunc defalcabis cum p̄ legata grauaris. glo. in. c. raynuncius. de teſta. Uerſus

## Si cui plus q̄ p̄ legē falcidiā licuerit legetur

¶ Si alicui plus q̄ licuerit leget̄. Et dubitari iuſte poſſit vtꝝ lex falcidia locū ſit habitura. vel ne ſubuenit p̄toꝛ heredi: vt ei legatarius ſatiſdet. i. caueat. q̄ ſi apparuerit eū amplius legatoꝝ noīe cepiſſe: q̄ ex lege falcidia cape licebit: q̄nti ea res eſt tantā pecuniā ſibi reddat: doluſq̄ maluſ ab eo abfuturus ſit. Hoc eſt ſi ſciēs legatū indebitū cepit: vel dolo ſuo res interierit: etiā ex doli clauſula q̄ in iſta ſtipulatione ſupradicta ꝯtinet̄ tenebit̄. Et ſi ponat exceptōem de rei interitu poterit ip̄e repelli replicatiōe: q2 dolo eius factum eſt. Et hec cautio que ꝓpter l. fal. interponit̄. fideiuſſoꝝ habet p̄ſtationem.

# Liber triceſimuſſext⁹ ⁊ duodecimus hui⁹

## ¶ Ad ſenatuſcōſultū trebellianū: ⁊ pegaſianū

Explicito tractatu qui ad fideiuſ. ſingulaꝝ ꝑtinet reꝝ ⁊ ti. de le. j. vſq̄ huc. Nūc trāſeam⁹ ad fideiuſ. vniuerſalia ⁊ ad interp̄tatōem ſenatuſcōſulti trebelliani. factū ē eñ ſenatuſconſultū t p̄ibus Neronis. viij. kal. ſeptembris Aneo ſeneca: ⁊ trebellio maximo cōſulib⁹. in quo diſponit̄ ip̄e heres inſtitut⁹ grauari poſſit p̄ fideicōmiſſum vt reſtituat totā hereditatē vel ꝑtem eius Sz de his detrahere p̄t quartā que trebellianica appellat̄. Et ꝓ rata illi⁹ quarte pōt agere ꝯueniri ꝯtra debitores ⁊ a creditorib⁹ hereditarijs. Et differt in hoc iſta q̄rta a quarta falcidia: q2 falcidica reſecat ſup̄flua legata ꝑticularia vſq̄ ad dodrantem. Sed trebellianū reſecat fideiuſ. vniuerſalē. Et hodie ceſſat ſenatuſcōſultū pegaſianū. ⁊ in locū ei⁹ poſitū ē trebellianū. cui⁹ vigoꝛe heres rogatus reſtituere hereditatē p̄t retinere quartā. vel etiā ſolutā repetere: ⁊ ꝓ ea p̄t agere ⁊ cōueniri. Et dicunt̄ fideicōmiſſa ideo q2 olim nemo inuitus cogebat̄ p̄ſtare id de quo rogatus erat. Quib⁹ eñ nō poterant hereditatem vel legata relinquere Si relinquebāt: cōmittebāt teſtatores fidei eoꝝ qui cape ex teſtamēto poterāt vt alijs reſtituerēt. ⁊ iō fideicōmiſſa appellata ſūt: q2 nullo vinculo iuris: ſed tm̄ pudoꝛe eoꝝ q̄ rogabant̄ ꝯtinebant̄. Hodie aūt in iuris neceſſitatē deductū eſt vt heres talit̄ rogatus. inſtante fideicōmiſſario etiaz ſi nolit inuit⁹ cōpellit̄ ad adeūdam hereditatē ⁊ reſtituendā eandē ei ꝓ q̄ rogatus ē: retēta tm̄ ſibi quarta trebell. vnde ſolet dici. Tunc trebellabis cuz reddere cuncta grauaris. glo. in dic. c. raynuncius. de teſta.

Trebellianuz ſenatuſcōſul.

quarta trebel

Falcidica q̄r.

Pegaſianum

Fideicōmiſſa

Uerſus

## ¶ Qñ dies legatoꝝ vel fideicōmiſſoꝝ cedit

¶ Uerbū cedere duas habet ſignificationes. Aliquando eñ exponit̄. id eſt incipere deberi. infra de V. ſig. l. cedere. Aliqñ cedere dr̄ quātū ad tranſmiſſionem vt. C. de ca. toll̄. p̄ totū Pꝛo hui⁹ pleniori noticia ſciendū. quedam pure. id eſt ſine diei vel conditionis appoſitione relinqui: quedam ſub conditione. Et ſi quidem purum fuerit legatum: cedit eius dies a morte teſtatoris ſcilicz quantum ad

Cedere diem

dum autē iniurie appellatōe damnū culpa datū ſignificat. vt in lege acq̄lia dice-
re ſolemus.ſ.ad.l.acquil.l.ſed ⁊ ſi q̄cunqꝫ.§.j. Interdū iniq̄tatem iniuriā dici-
Contumelia — mus:nam cum quis inique vel iniuſte ſniam dixit:ex eo iniuriam facere dicitur:
ꝙ iure ⁊ iuſticia caret:quaſi nō iuriam. Contumeliā autē a ꝯtemnendo dicimꝰ
Libellꝰ famo — Iniuria aut re aut verbis fit. Re quotiens manus inferuntur: Verbis autē quo-
tiens non inferunt vtrūqꝫ ꝯuiciū fit.infra.e.l.j. Itē apud labeonē.§.ꝯuiciū. Dici-
tur etiā iniuria fieri lr̄is vt ꝑ libellū vel carmē famoſum. Nam ſi quis librū ad
infamiam alicuius ꝑtinens :ſcripſerit: cōpoſuerit :ediderit: doloue malo fecerit
quo quid eoꝝ fieret:etiam ſi alterius nomie ediderit: vel ſine noīe:voluit ſenatꝰ
vti de ea re agere liceret illi:ad cuius iniuriā factus eſt. Et ſi ꝯdemnatus ſit q̄ id
fecit :inteſtabilis ex lege eſſe iubetur.l.lex cornelia.§.ſi quis librum.infra.e.pōt
etiā talis crimīaliter accuſari:⁊ imponit pena capitalis. C. de famo.lib.l.j.

## De extraordinarijs criminibus

¶Supra de ꝓuatis et nominatis nunc de innominatis ſm Azo. vel ſic ſm R.
Crimīa extra ordinaria — de priuatis delictis ex quibus etiam ciuiles naſcunt actōes poſuimus.ſ.dicturi
ſ.de his crimībus ex quibus ſole criminales oriunt actōes ⁊ publice:ordinariā
qꝫ penā irrogantes:ꝑmittimus de his crimibus ex quibus ſunt, executiones cri-
minales ⁊ extraordinarie. Sollicitatores itaqꝫ alienaꝝ nuptiaꝝ. Itēqꝫ mr̄imo-

nioꝝ interpellatores:ꝛ ſi effectu ſceleris potiri nō pñt: ꝓpter volūtatē tñ ꝑnicio
ſe libidinis extra ordinē puniunt. Itē ſi quis ꝯtra bonos mores iniuriam faciat
vt ſi fimo corrupto aliquem ꝑfuderit: ceno luto oblinierit: quaſi ſpurcauerit: fiſtu
las lac⁹: aut quid aliud ad iniuriā publicā cōtamiauerit: in quos grauiter aiad-
uerti ſolet. l. j. in ꝑn. ſ. e. Sunt ꝛ alij multi caſus quib⁹ iudex ob cōmiſſū crimē
penā extraordinariam: id eſt ꝓ qualitate crimīs iuxta motū animi ſui impon t: ꝛ
dr extra ordinē imponere penā: qꝛ nō ē ordinaria ꝛ ſtatuta pena in iure ꝓ his:
ſed iudex ex bono ꝛ equo arbitrabit qd facto op⁹ ſit. ſ. l. ſaccularij. §. ſunt quedā.

Extra ordinē

## De ſepulchro violato

Sepulchri violati actio infamiā irrogat facta ex ea cōdemnatōne. Si igit ſe-
pulchra qs diruat ſine iudicis aucte, ceſſat aqlia. erit tñ agendū qd vi aut clam
ꝛ ſic ad op⁹ reſtituendū. Et idē de ſtatua q̄ de monumento euulſa eſt. Verba edi-
cti hec ſunt. Cui⁹ dolo malo ſepulchꝝ violatū eē dicet: in eū in factū iudiciū da-
bo: vt ei ad quē ꝑtineat: quanti ob eā rem equū eē videbit: cōdemnet. Si nemo
erit ad quē ꝑtineat: ſiue agere nollet: quicūq3 agere volet: ei centū aureoꝝ actio-
nē dabo Si plꝛes agere volent: cui⁹ iuſtiſſima cā eſſe videbit: ei agēdi ptātem fa
ciam. Si quis in ſepulchro dolo malo habitauerit: edificiūue aliud ꝙ qd ſepul-
chri cā factū ſit habuerit: in eū ſi qs agere eo noīe volet. cc. aureoꝝ iudiciū dabo
Sepulchri appellatōe oīs locus ſepulture ꝯtinet. l. iij. §. ꝑma ꝟba. Et fit cōdē-
natio in hac actione quatenus intereſt: ſcꝫ ex iniuria que facta ē. Itē ex lucro ei⁹
qui violauit: vel ex damno qd ꝯtigerit: vel ex temeritate eius qui fecit. Nunquā
tñ minoris debēt cōdēnari: ꝙ ſolent extraneo agente: qd eſt centū aureoꝝ: cōtra
violantem. Item. cc. ꝯtra habitantē. l. iij. §. qui de ſepulchri

Sepulchrum violatum
Statua
Verba edicti
Sepulchri appellatio

## De concuſſionibus

Concuſſiōis iudiciū publicū nō ē regulariter Si aūt qs pecuniā accepit ꝙ cri
mē minat⁹ ſit: pōt publicū iudiciū eē ex ſenatuſcōſultis: qb⁹ pene leg corneliẽ te
neri iubent: q̄ in accuſatiōem innocētiū coierint: vel q̄ ob accuſandū vel nō accu-
ſandū: denūciandū vel nō denūciandū teſtimoniū: pecuniā acceꝑint. l. ij. ſ. e. Eſt
ergo ꝑuatū crimē vt tñ ille q̄ paſſus ē cōcuſſionē poſſit etiā crimīaliter accuſa-
re. Et dr ꝯcuſſiōis crimē: cū alicui terror incutit alicui⁹ mali futuri. Puta ſi mi
niſter pſidis: dixit ꝙ pſidis iuſſu debebat aliquē cape: ꝛ nō dixit veꝝ ſꝫ ꝓpt hūc
timorē aliqd fuit ei datū: vt faciūt nūc miſtri ciuitatū ſepe ſm glo. ī. l. j. ſ. e. Ta
les tenent. hoc crimīe vt h. Itē crimīe falſi vt. ſ. e. l. ij. ꝛ. ſ. d fal. l. j. §. j. ꝛ lege
iulia repe. ſ. ad. l. iul. rpe. l. eadē. Itē lege rhemia ſi accepit vt non accuſaret. ſ.
ad turp. l. j. ī ꝑn. Itē edicto d calūniatorib⁹. ff. d calū. l. j. §. j. ita dic glo. ff. ſ. l. ij

Cōcuſſiōs crimen
Concuſſionis pene

## De abigeis

Abigei cum duriſſime puniunt ad gladium damnari ſolēt. Puniunt nūc du-
riſſime non vbiq3: ſed vbi frequentius eſt id genus maleficij. Alioquin et in op⁹
nonnunquā temporarium datur. Abigei autem ꝓprie hi habentur qui pecora
ex paſcuis vel armentis ſubtrahunt: ꝛ quodāmodo depredantur. Et abigendi
ſtudium quaſi artem exercent: equos de armentis: vel oues de gregib⁹ abducen
tes Et dic unt abigei: ab abigendo: abigūt eñi ꝛ abducunt pecora. Sed ſi minus
ꝙ decem oues aut quattuor vel quinq3 porci abducti ꝛ abacti ſunt non abigeatus

Abigei

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed furtum eſt.l.fi.infra.e.niſi vt artem hoc exerceant:puta ſepe vnum vel alte-
rum pecus ſurripuerit.infra.l.fi.§.qui ſepius.

## ¶ De preuaricationibus

Preuaricator

¶ Preuaricator eſt quaſi varicator q̄ diuerſam ꝑtem adiuuat: ꝓdita cauſa ſua:
quod nomen labeo a varia certatione tractum ait. Nam q̄ preuaricat̄ ex vtraq̄
ꝑte ꝯſiſtit: q̄nimō ex altera potius q̄ ꝑualet anim⁹. Is aūt ꝑuaricator ꝓprie di-
cit̄ q̄ publico iudicio accuſauerit ficticie admittendo falſas defenſiones ⁊ bonas

Aduocatorum collusio

ꝓbationes diſſimulando.infra.ad turp.l.j.§.ꝑuaricatiōem. Ceterū aduocatus
non ꝓprie ꝑuaricacator dicitur:⁊ ideo extra ordinem ſolet puniri ſiue publico ſi-
ue ꝑuato iudicio ꝑuaricatus ſit aut cauſā ꝓdiderit.C.de aduo.diuer.iudi.l.j.
⁊.j.l.j.in fi. Hodie aūt his qui ꝑuaricati ſunt propria vel abuſiua ꝑuaricatio-
ne pena iniungit̄ extraordinaria.j.l.ij.⁊ infamia.vt.j.l.ſi is.

## De receptatoribus

¶ Receptatorꝫ peſſimū genus eſt:ſine q̄bus latere nemo diu poſſet. Ideo ꝑcipi-

Receptatores

tur vt ꝑinde puniant̄ ſicut latrones. Immo decē annis a ſua terra debent exula-
re:licet receptus aliter erat puniendus.ſ.de abig.l.fi.in fi. In pari etiā cauſa
habēdi ſunt q̄ cū appꝛehendere latrones poſſent:pecunia accepta vel ꝑte ſurrepto-
rū dimiſerit.l.j.in fi.j.e. Rōne aūt ſanguinis ⁊ cogitationis micius agit̄ cū re-
ceptoribus:q̄ neq̄ abſoluendi neq̄ ſeuere admodū puniendi ſunt. Non eñ par
eſt eorꝫ delictū:⁊ eorꝫ qui nihil ad ſe ꝑtinentes latrones recipiunt.j.l.fi.

## ¶ De furibus balnearijs

Fures balne.

¶ Fures balnearij dicunt̄ qui in balneis furant̄:tales extra ordinē audiēdi ſunt
et cauſa cognita puniendi:dūmodo ſciemus in penam eorꝫ operis publici tempo-
rarij modum non egrediendū. Idem eſt in nocturnis furibus. Sed ſi telo ſe fu-
res defendunt vel effractores:vel ceteri his ſimiles:nec quem̄q̄ ꝑcuſſerūt me-
talli pena:vel honeſtiores relegatōis pena afficiendi erunt.j.l.j.in fi. Sꝫ ſi in-
terdiu:id eſt diurno tp̄e furtū fecerint:ad ius ordinarium remittendi ſunt:vt ci-
uiliter ꝯtra eos agat̄ in duplum vel quadruplū vt.ſ.de ꝑua.delic.j.fi.quia mi-
cius talis punitur q̄ꝫ nocturnus. Sic ⁊ alias eſt inter eos differentia.ſ.ad.l.ac-
quil.l.itaq̄ ⁊.infra.de ſicca.l.furem. Miles aūt ſi in balneario furto deprehen-
ditur remittitur a militia ignominioſe.infra.l.fi.

## De effractoribus ⁊ expilatoribus

Effractores carcerū

¶ De his q̄ carcere effracto euaſerūt:ſumēdū ſuppliciū diui frēs reſcp̄ſerunt:hi
etiā q̄ de carcere erupuerūt.i.q̄ fugerūt erupto carcere. Siue effractis forib⁹.i.
hoſtijs dom⁹ vbi erāt in captiuitate. Siue ꝯſpiratōe cū ceteris q̄ in eadē cuſto-

Expilatores

dia erāt:capite puniendi ſūt. Sꝫ ſi ꝑ negligētiā cuſtodū euaſerūt:mici⁹ puniēdi.
Expilatores hereditatū:q̄ ſunt atrociores q̄ꝫ fures:in op⁹ publicū vel ꝑpetuū vt
temporariū dari ſolēt honeſtiorib⁹ aut nulla ſpēalis pena impoſita ē. Idcirco cā
cognita liberꝫ erit arbitriū iudici ſtatuēdi. Siīi mō ⁊ ſaccularij q̄ vetitas i ſacu-
lis artes exercentes ꝑtem ſubducūt ꝑtē ſubtrahūt.ſ.de extraor.cri.l.ſaccularij

Detractarij vel directarij

Et detractarij alias directarij: hoc ē q̄ in aliena cenacula ſe dirigūt furandi aīo
erunt puniendi. Item effractores q̄ effringunt vt ſurripiant in hos ⁊ ceteros ſi-

miles cauſa cognita ſtatui debet prout admiſſum ſuggerit. In effractores varie
aiaduertit. Nam qdam effringūt vt euadant: et tūc maior pena. ff. l. j. in pn. Qui — Nocturni
dam ſunt nocturni effractores vt ſurripiāt: et tales atrociores ſunt q̄ diurni: et iō — Diurni
hi fuſtibus ceſi in metallū damnant. Diurni vero effractores cauſa ſurripiendi poſt
fuſtiū caſtigatōem in opus ppetuū vel temporariū dandi ſunt. ff. l. ij.

## De crimine expilate hereditatis

Ex hoc crimie non dat actio ciuilis: qđ nō eſt in alijs crimībus vt dicit glo. ff.
l. j. Si quis igit alienā hereditatē expilauerit: id eſt expoliauerit vel ſurripue
rit ex ea: extra ordinē ſolet coherceri p accuſatōem expilate hereditatis. Et ideo
extra ordinē audit: qr cum furti agi non poſſit quia hereditati nō fit furtum. ff. l.
ſi. et ſic non dat ordinariū remediū: ſolum ſupe ſt extraordinarium: id ē auxiliū p
ſidis. Et locū habet iſtud crimē qñqs alienā hereditatē expilat ſi hereditas non — Expilare he-
dū ſit adita vel etiā adita: ſed res ab herede nondū ſunt app̄henſe: vel ab alio. ff. — reditatem
l. ij. Et denegat hui⁹ crimis accuſatio ɔtra eos qui furti ɔueniri nō poſſunt: et
ideo nec vxor q̄ ſocia diuine et humane domus ſuſcipit ab heredibus mariti d̄ eo — Uxor nō com-
crimie accuſari nō pt. l. vxor. infra. e. Sz ɔueniet rei ven. et ad exhibē. et tenebit — mittit furtū
de fructib⁹ pceptis et pcipiēdis et ɔſumptis mala fi. de. C. e. l. aduerſus.

## Crimen ſtellionatus

Stellionatus iudiciū famoſum quidē nō eſt ſed cohertiōnem extraordinariā ha — Stellionatus
bet. ff. l. ij. et dicit ſtellionatus ab aīali quodam reptili qđ eſt ſerpenti ſile vel la- — crimen
certe hñs varias et diuerſas in modū ſtellar maculas venenatas: hic ſtellionat⁹
crimē: id eſt variū diuerſiſqz coloribus et maculis aſpſum. de hoc glo. ff. l. ij. Eſt
ergo accuſandus crimie ſtellionat⁹ q̄ varietatis et mendacij reus eſt. Locum ha
bet accuſatio ex hoc crimine: qñ deficiente alia ſpeciali accuſatōe: equū eſt alicui
ſubueniri ɔtra delinquentē. Sicut eñi in pecuniaria cauſa datur actio de dolo i
ſubſidium Ita et in crimībus vbicunqz titulus deficit criminis: hoc crimen ſtel-
lionatus obijcit: et dolo inpoſito tm̄ locū habet hui⁹ crimis accuſatio: et pñt po-
ni exēpla vt ſi rē obligatā q̄ſi ñ obligatā vēdo: vl' pmutuo: vl' in ſolidū do: vel etiā
obligo vbi erat pmo obligrta. Item ſi quis impoſturā facit: id ē bonis viris men — Impoſtura
dacia imponit: vel ſi fecit colluſionem in necē alterius. ff. l. iij. §. j. ij. et iij. Pena — Pena ſtellio-
autem ſtellionatus nulla legitima eſt: cum nec crimen legitimum: id eſt ordina- — natus
riū ſit. et ideo extra ordinem pena infligitur. ff. l. iii. § pena.

## De termino moto

Terminus dr finis: vel limes diſtinguens ɔfinia agrorum. hinc virus. xij. en. — Terminus
limes erat poſitus litem vt diſcerneret agri. c. for⁹ de v. ſig. Dicit itaqz motus
terminus: ſi lapis illet erminalis et limes amoueat a priori et vetuſto loco. Et ē
peſſimum factum eor qui terminos finium cauſa poſitos ptulerint: id eſt vltra
debitum finem poſuerint. Et licet ex legibus agrarijs olim varia pena his impo
ſita fuerit. Hodie tamen modum pene ex conditione perſone et mente facient ſta
tui oportet. infra. l. ij. § j. Terminor itaqz ſcienter auulſor non erat olim mul-
cta pecuniaria: ſed pro conditione admittentium perſonali cohertione punien-
dum eſt. ff. l. j.

## De collegijs illicitis et corporibus

Collegiũ ¶ Collegiũ dicit̃ eoꝝ q̃ ſimul cohabitãt quia ſimul colligũt: vel colligunt̃ ⁊ tres ꝯſtituũt collegiũ. ĩ. de ṽ. ſig. l. nerati⁹. Cũ itaq; plures ſimul collecti cohabitãt: corpus ꝯſtituere dicunt̃ qđ corpus collegij vel vniuerſitatis appellat̃. Sũt aũt oĩa collegia illicita niſi q̃ ꝓbant̃ licita: id ẽ a p̃ncipe ꝯceſſa vel admiſſa. ĩ. l. fi. §. in ũſma. ⁊. C. de here. inſti. l. collegiũ: p̃ncipales aũt ꝯſtitutões p̃cipiũt ne paciant̃ eẽ collegia ſodalicia: neue milites collegia in caſtris habeãt. Sʒ religionis cauſa coire nõ ꝓhibent̃. Immo nec religionũ collegia noua inconſulto romano

Illicitum collegium põtifice fieri pñt. c. fi. de reli. do. ⁊. e. ti. c. j. li. vj. Qui aũt illicitũ collegiũ vſurpauerit: ea pena tenet̃ qui tenent̃ hi quo hominib⁹ armatis loca publica: vel tẽpla occupaſſe iudicati ſunt. i. maieſtatis. ĩ. l. ij. ⁊ infra. ad. l. iul. ma. l. j.

## ¶ De popularibus actionibus

Pplaris ac. ¶ Popularẽ actõem dicimus q̃ ſuũ ius: id eſt ꝓpriũ populi tenet̃: vt in albo corrupto. s̃. de iur. om. iud. l. ſi q̃s. id. ⁊ in actõe in factũ. de deiec. ⁊ effu. l. ſi ṽo. §. hec aũt. Et regulariter populares dicunt̃ actões q̃ nõ ſunt rei familiaris ꝓſecutorie: ſed ex equo ⁊ bono extrĩſec⁹ ad vindictã ꝓpoſite ſũt q̃lis eſt actio ſepulchri vio. l. iij. § fi. de ſepl. vi. Itẽ actio liberi homĩs occiſi vel vulnerati. s̃. de iec. ⁊ effu. l. ſi ṽo. §. hec aũt actio. Itẽ ꝓ eo qđ poſitũ eſt in ſubgrũda vel ꝓtecto: vl' meniano: vel ꝑ gula dic. l. ſi ṽo. §. p̃tor ⁊ oĩes alie actões in factũ que reddunt̃ hodie loco iterdictoꝝ ꝓditorũ de rebus publicis. pplares ſunt. s̃. ne q̃d in lo. pub. l. ij. §. hoc interdictũ. Et iõ cuilibet de pplo ꝯcedunt̃ cũ p̃toris tñ indagine. ĩ. l. ij. Sane ſm̃ R. popularis actio dicit̃ que cuiuis ex populo datur. Cũ vero priuatum ſit crimen qđ obijcit̃: ei dũtaxat intendere licet: cui⁹ intereſt: non propter pecuniã exigendã: ſed ꝓpter penam corꝑalẽ infligendã: pecuniaria vero petitio ſi cõpetat: cuilibet de populo dat̃: inſpecta ꝑſona que ad agendũ admittit̃: cuius opinionis ⁊ an ſit idonior: vel cuius interſit p̃ncipaliter que ipa fieri deſiderat: ita dicit glo. hic ſuꝑ rubro. Semper eñ is cuius intereſt prefertur in popularibus actionibus. infra. l. iij. in fi. Omnes quoq; populares actiones neq; in heredes dantur neq; ſupra annũ extendunt̃. infra. l. fi.

## ¶ Liber q̃dragesimuſoctau⁹ ⁊ decimus hui⁹

### De publicis iudicijs

De accuſationibus q̃ pecuniariter mouentur ſupra dictum eſt. Item quiã de p̃uatis criminibus: vt furto iniuria: rapina. Uerum quia quandoq; fiunt de criminibus accu-

Publica iu. ſationes ⁊ inſcriptiones: ponit p̃mo de criminibus publicis: ⁊ que ſint. Et exponit̃ publicis iudicijs: id eſt legibus publicoꝝ iudiciorum: vel id eſt accuſationibus publicoꝝ iudicioꝝ: quoꝝ accuſatio eſt terribilis ad vindictã et publica: id eſt populica ſiue popularis. vt inſti. e. in p̃n. q̄uis qũq; idonior admittat̃ vt diximus ſupra ti. px. Et eſt hic liber terribilis vt dicit textus. C. de ve. iur. enu. l. ij. §. ſeptimus. Nõ aũt omnia iudicia in quibus crimẽ

Publica cri. vertitur publica ſunt. Sed ea tm̃ que ex legibus iudicioꝝ publicorũ veniũt. vt Iulia maie. Iulia de adul. Cornelia de ſicca: ⁊ veneficis: pompeia đ parrici. Iulia pecula. Corne. de teſtamentis. Iulia de vi. pub. Iulia de vi. priua. Iulia am

bitus. Julia reptum. Julia de annona. Et dicit trib⁹ modis publicum: vno mõ largiſſime: vt omne iudicium quod fit ad vindictã ſiue ad vtilitatem publicaʒ di citur publicum: ita accipitur in. l. interdictuʒ. infra. e. l. ⁊ licitatio. §. qđ illicite. ſupra de pub. ⁊ vec. Aliomodo dicit large quãdo q̃libet de populo põt accuſare Ita accipit inſti. de ſuſpec. tu. §. cõſequens. Circa hoc dat Bar. i. l. j. j̃. e. vnã re gulam ꝙ omne iudiciũ quod nõ reſpicit offenſam certe perſone p̃ncipaliter: de illo poteſt accuſare quilibet de populo. Exemplũ dicit ſtatutũ Baſilieñ. ſumma ratione ac ſingularis religionis intuitu hoc anno factum: vtinam duraturum: ꝙ ſi quis iurauerit per corpus chriſti aut eius mẽbra: ſoluat quinqȝ ſolidos. Iſtud non reſpicit offenſam certe perſone p̃ncipaliter: ſed malos mores: ideo quilibet poteſt accuſare: ita loquitur lex ſenatus. ſupra de iniur. Tertio accipitur publi cũ iudicium ſtricte: ⁊ ita accipitur in toto iſto titulo. vt. j̃. l. j. Et iſta ſunt iudicia ex quibus damnatus ſtatim efficit infamis. l. j. ſupra de his q̃ no. infa. Unde nõ ſequitur quilibet accuſare poteſt: ergo eſt publicum iudiciũ put accipitur hic vt fiat infamis. ⁊ ſic ſtricte publicum iudiciũ: ⁊ ita ſentit Azo in ſum. hui⁹ ti. Pub licorũ iudicioꝝ: quedam capitalia ſunt: quedam nõ capitalia. Capitalia ſunt ex quibus pena mors aut exilium eſt: hoc eſt aque ⁊ ignis interdicto: per has enim penas eximitur caput de ciuitate. Nam cetera non exilia ſed relegationes pro prie dicuntur: tunc em̃ ⁊ ciuitas retinetur. Non capitalia ſunt ex quibus pecuni aria: aut in corpus aliqua cohertio: pena eſt.

Nota — Capitalia — Nõ capitalia

## De accuſationibus ⁊ inſcriptionibus

Dictum eſt his qui ad accuſatõem admittuntur: nunc de accuſationibus. Eſt autẽ accuſatio nihil aliud q̃ reum criminis per libellũ deferre vel facere ad vin dictam. vt colligitur. C. e. cũ rationibus. ⁊ l. qui ignorat. ⁊ l. ſi quis ex fam. ⁊ infra. e. l. libellorũ. ⁊ de p̃ua. delic. ſupra. l. vl. Et eſt accuſator neceſſarius vbi cunqȝ criminis vel delicti accuſatio eſt admiſſa in publico vel priuato crimine. C. e. l. vl. ⁊. j̃. e. l. ſi cui ⁊ vbicunqȝ de honore adimendo tractatur. j̃. de mu. et ho. l. reſcripto §. ſi quis. Tribus em̃ modis ꝓceditur ſup crimine: per accuſa tionẽ ſcȝ: inquiſitõem ⁊ denunciatõem: ⁊ ſicut iſti modi ſunt inter ſe diuerſi ⁊ ad diuerſum finem tendunt. Ita ⁊ diuerſimode inſtituunt ⁊ exercentur vt in extra ua. ad reprimenduȝ: quomodo contra cri. le. ma. p. coll. xi. Unde in eis tradit talis regula. Sicut accuſatõem p̃cedere debet inſcriptio: ita ⁊ inquiſitõem fama et denunciatõem fraterna monitio vt in. c. qualiter ⁊ quãdo. tj. de accu. ⁊ in. c. licet hely. de ſimo. Qui ergo ad accuſanduȝ aliquẽ de crimine ꝓcedit: debet ſe inſcribere: id eſt aſcribere ſolenniter: ad penaȝ talionis: que talis eſt: vt ſi ille in accuſatione defecerit: ꝙ eandem penam ſufferat ⁊ ſuſtineat: q̃ ſuſtinere debuiſ ſet is: quem accuſare volebat ⁊ puniri. l. ſi. C. e. ti. Et debet accuſatõem ſuã tra dere inſcriptis cum inſcriptione nomĩs accuſantis ⁊ accuſati: ⁊ crimine et men ſe quo cõmiſſum eſt crimen: ⁊ loco admiſſi criminis: ⁊ conſulibus ſub quibus ẽ admiſſum. j̃. e. libellorũ in p̃n. ⁊ in aut. de exhi. reis. §. ſuſcepto. Oblato autem libello dabitur dilatio ad deliberandum. xx. dierum. Deliberatione facta cõpa rere debet accuſator ⁊ accuſatus: ⁊ lis conteſtari: atqȝ opponi exceptiones accu ſanti: ſi que reo competãt. Q̃ ſi non fiat: ⁊ ex interuallo p⁹ litem ↄtra eas oppo nat: non poteſt: quia lite ↄ. recipitur nomen accuſati inter reos vel ſtatim vel po ſtes incontinenti. C. ad. l. iul. de adul. l. adulteram. ⁊ in. l. ſi maritus. §. preſcris

Accuſatio — Accuſator — Inſcribere

ptiōe.e.ti.ff.poſtmoduȝ ꝓbationem apertam debet accuſator in cauſa ꝓducere
vt non emēdicatis ſuffragijs decretoꝝ vel relationum credat iudex. C. de pro
ba.ſciant.ꝛ.C.e.ſingulis.

## De cuſtodia et exhibitione reorum

Cuſtodire re. ¶ De cuſtodia reoꝝ iudex eſtimare ſolet vtrum in carcerem ſit recipienda pſo
na accuſata vel non Et cum tali diſtinctione: Aut accuſatus ↄfiteꝛ de crimine: et
tunc ponendus eſt ī carcere.ĩ.l.ſi ↄfeſſus: ꝛ ex tunc cito cōdemneꝛ vt tamē iteꝝ
et iteꝝ cōfiteaꝛ.C.e.l.ſi in ea.ꝛ.l.fi. Aut diffitetur ꝛ tunc aut ē graue ſcelus: et
ponitur in carcerem.ĩ.e.diuꝰ.ꝛ interim cuſtodiꝛ ſm formā que habeꝛ.C.e.l.j.
quoniā. Si vero non adeo graue eſt crimen: cōmittiꝛ alias cuſtodiendus ꝛ ma
xime ſi fideiuſſores dat: quia nō eſt in vincula cōijciendus is qui fideiuſſores da
re paratus ſit niſi valde graue ſcelus admiſerit. vt in .l. diuus pius.ĩ.e. pōt igi
tur iudex ꝑ criminis qđ obijciꝛ acccuſato qualitate: vel ꝓpter honorem quē ha
bet accuſatus: vel ꝓpter ampliſſimas facultates: vel ꝑ innocentia pſone: quia ta
lis eſt pſona que pͥma facie videꝛ ꝛ pſumiꝛ innocens: vel ꝑ dignitate eius q̄ ac
Qñ in carce cuſaꝛ facere talem exhibitōem qñ ſcelus non eſt graue. Qñ aūt graue eſt tūc mit
rē mittendus titur ſemꝑ in carcerem. Maſculi aūt tm̄ recipiunꝛ in carcere ꝛ recepti diligen
ter cuſtodiendi ſunt a ſtratoribus qui eis ſternunt lectos ꝛ miniſtris eoꝝ.ꝛ a cō
metarienſibꝰ qui comitanꝛ captiuos: ꝛ eoꝝ habent cuſtodiam ꝛ obſeruationem:
Et cū humanitate quadā iſti omnes debent tractare incarceratos nec debēt ac
cuſatoribus crudelitatē ſuam vendere precio: vel gr̄a affligēdi incarceratos fa
me vel anguſtia: vel ſiti vel longa tabe ſubtrahendo eos audientie: qꝛ neminem
audiunt: ꝛ a nemine audiunꝛ clamantes. Sin autē ↄtra hec fecerint iudex debꝫ
eis infligere capitalē penā: alioquin infamaꝛ iudex: ꝛ piculū ſubibit ꝓmotu ſupe
rioris iudicis. Si aūt incarceratus euaſit de cuſtodia: patiꝛ cuſtos eandem penā
q̄ patereꝛ carceratus .C.e.l. ad cometarienſes: niſi cuſtos probauerit incarce
ratū euaſiſſe caſu fortuito infra.e.l.vl.

## Ad legem Juliam maieſtatis

Crimen leſe maieſtatis ¶ Proximū ſacrilegio crimen eſt qđ maieſtatis diciꝛ. Eſt autem crimen leſema.
vbicunqꝫ quis aduerſus populū romanū: id eſt aduerſus pͥncipem ꝛ eius ſecuri
tatem cōmittit: vbi ↄtra vrbem aliq̄d molitur: vel q ꝓfugit ad hoſtes: vel q ho
ſtes qualitercunqꝫ iuuat vel armis vel pecunia vel ↄſilio: vel q ſubiectas ꝓuin
cias nitiꝛ facere rebelles: vel q ſeditōem mouet in ciuitate: vel q magiſtratꝰ oc
cidanꝛ vel pͥnceps: vel qui circa latuss eius militant: vel q arma ſumit vel oc
Lex iulia cupat loca ↄtra remp. Et diciꝛ lex iulia quia a iulio inuenta Maieſtatis autē: qꝛ
Maieſtas ſumma maieſtas ꝛ imperiū vel poteſtas leditur: pena aūt cōmittētiū hoc crimē
Perduellionis crimen eſt: vt habeꝛ in .l. eoꝝ iuncta glo.ĩ.e. Et appellaꝛ hoc crimen pduelliōis: qꝛ pro
batio huius crimīs vt q̄dam dicūt p duellū admittebaꝛ ꝛ non in alio caſu. Alij di
cunt ꝛ melius qꝛ pduelles dicunꝛ hoſtes plau. in amphi. pduelles ſe in fugaȝ pe
netrant.ſic.ĩ. de v.ſig. quos nos hoſtes. Diciꝛ ergo crimen pduellionis: id eſt
hoſtile de quo inſti. de here. ab inteſ.§.p ↄtrarium. Eſt ꝛ aliud crimen quaſi le
Priuatꝰ car. ſe ma. vt in pͥuati carceris exercitio. vt.C. de pͥua.car. Et in falſa moneta.C. de
fal.mo.l.pe. vbi de hoc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Ad legem Juliam de adulterijs et ſtupro.

Precepta hui⁹ tituli tradũtur ſ̃ de mino. l. auxiliũ. §. fi. Et eſt enormius et excellentius alijs criminibus: cũ om̃e peccatũ eſt extra corp⁹: niſi fornicatio ſc̃dm apoſtoluꝫ. q̃ em̃ fornicat̃ in corp⁹ ſuũ peccat. Itẽ ex adulterio oĩa pene crimina ꝓueniũt: violentia: iĩuria: hoĩcidiũ: ꝑiuriũ: falſa teſtimonia. hinc eſt ꝙ non licet trãſigere vt C. de trãſ. l. trãſigere. Et dr̃ hic titul⁹ ad legem iuliã ⁊c̃. nõ ꝙ a iulio fuerint leges inuẽte. Sed q2 ad ſupplendũ: interꝑtandũ ⁊ emendãdũ leges Julij ceſaris: he leges ꝓdierũt: ideo ad legẽ iuliã appellantur. Nã hec lex lata eſt a diuo auguſto. l. j. ĩ. e. Eſt autẽ adulteriũ illicitus coit⁹ cũ vxore ſponſa vel aliena ꝑpetrat⁹. Et appellat lex ſtuprũ ⁊ adulteriũ ꝓmiſcue. vt ĩ. l. int̃ liberas. ĩ. e. Sed ꝓprie adulteriũ ĩ nuptã cõmittit̃. ꝓpt̃ partũ ex altero ſuſceptũ: vñ nomẽ cõpoſitũ eſt. Nã dr̃ adulteriũ q̃ſi ad alteri⁹ thoꝝ acceſſus. vl̃ q̃ſi ad alterã trãſit⁹. Cui⁹ pena eſt in femĩa ⁊ mare vt habet̃. C. e. l. q̃uis. Stuprũ v̓o in virginem aut viduã cõmittit̃. de hoc in. l. int̃ ſtuprũ. ĩ. de v̓. ſig. Cuius pena eſt vt inſti. de pub. iudi. §. ij. Inceſt⁹ aũt eſt q̃ cũ cognata vel affini cõmittit̃. ĩ. e. l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §. nonunq̃. Lenociniũ aũt eſt cum marit⁹ de adulterio vxoris ſue aliq̃d ceperit. vl̃ q̃ in adulterio dep̃hẽſam detinuerit. Nã q̃ patit̃ vxorẽ ſuã delinquere. m̃rimoniũ ſuũ cõtẽnit. Et q̃ de tali ꝯtaminatiõe nõ indignat̃: merito pena adulterij cõfligit̃. Nam de lenocinio punit̃ q̃s vt adulter vt in. l. ij. §. j. infra. e et in. l. qui domum.

Ad legẽ iuliã

Adulteriũ

Stuprum.

Inceſt⁹.

Lenociniũ

## Ad legem Juliam de vi publica.

Quia plerũq3 adulteria et ſtupra vi cõmittunt̃. ponit de vi pub. et p̃uata. h3 aũt locũ lex Julia de vi publica: qñ cũ armis facta eſt violẽtia vel aliq̃d qđ ꝓ violentia reputet̃. puta ꝙ arma vel tela domi habuerit vel in agro vl̃ in villa. vel in publico cum telo fuerit. vel hoĩes in armis habuit cã ſeditionis. ĩ. e. l. j. ij. et iij. Itẽ q̃nq3 etiã ſi fiat violentia nõ punit̃ vt ſi fiat ad defenſionem. et incõtinenti: ⁊ cũ modoramie inculpate tutele. vt dixi ſ̃. de vi ⁊ vi. ar. Alioq̃n ille q̃ eſt expulſus. cũ aliq̃d fecerit ad vindictam. vel cum ex interuallo poſſeſſionẽ ſuam recupauerit etiã predonem de ea expellendo ciuiliter et criminaliter punit̃. vt C. e. l. ſi quis. ⁊ inſti. de pub. iudi. §. item lex iulia. Cum autẽ incõtinenti quis reſiſtit legittime: in aggredientẽ redundat culpa omnium delictoꝝ cõmiſſoꝝ tẽpore violentie ſiue ex parte aggrediẽtis ſiue aggreſſi aliquis occidat̃. C. e. l. ſi crimẽ. Singulos caſ⁹ ĩ qb⁹ locũ h3 hec lex. nõ ꝓſequor: quia euidẽter enumerãt̃. ĩ. e. per totum. pena huius crim̃is ẽ: aque et ignis interdictio: et deportatio: ⁊ oĩm bonoꝝ publicatio dic. §. lex iulia. inſti. de pub. iudi. Qui aũt occidunt̃ ſi inſcio dño Si vero iubẽte dño dapnãt̃ in metallũ. C. e. l. ſeruos.

Vis publica

Vim facere

Pena huius criminis.

## Ad legem iuliam de vi priuata.

Vis p̃uata eſt qñ cõmittit̃ ſine armis Nec dr̃ ideo p̃uata: q2. priuatũ ſit crimẽ im̃o publicũ eſt ſemp ſ̃. de pub. iudi. l. j. Et eſt ei⁹ pena ademptio tertie ꝑtis bonoꝝ. C. e. l. tutoꝛis Et amiſſio dignitatis et fame. ĩ. e. l. j. ⁊ dic. §. lex iulia de vi: vñ ſolet dici Vis p̃uata rerũ. deponit ab ordine reꝝ. ſc3 tertie ꝑtis ⁊ dignitatis. Sed deportat̃ ſi vis armata ſequat̃ glo. in c. ij. de or. cog.

Vis priuata.

Verſibus.

## Ad legem corneliam de ſiccarijs et veneficis.

Quia intẽtata vi illicita ſepe committit̃ homicidiũ. C. ad. l. iul. de vi. pub. l.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

qm̄ ⁊ de rap. vir. l. j. in p̄n. Jdeo de ſiccariis id eſt homicidis videam⁹. Sicca-
Siccarij. rij aūt dicūt a ſicca: qđ eſt ferreus culter vtrinqꝫ ſcindēs iſti. de pub. iud. § Itē
lex cornelia: vn̄ videbat ꝙ tm̄ q̄ cū ſicca occiderēt hoc lege tenerent. Sed tn̄ ge-
nerali⁹ h̄ accipit ſicca. ſicut ⁊ telū. p interp̄tatiōez iuris. vt ꝯtineat ⁊ telū ⁊ lapi
Sicca. dē. ⁊ lignū ⁊ quodlibet f rrū. Nā occidē hoīez telo. i. q̄đcūqꝫ qđ manu mittitur.
vel q̄ aliquē cū telo cā occidendi pſequit. l. cornelia đ ſicca. punit. Et eſt ſicca iſte
cultellus vl' gladi⁹ quē portāt pegrini qn̄qꝫ in baculo q̄daz. ita vt non appareat
vn̄ dicit Sicca latēs mucro eſt: ſiccarius inde vocat Eadē lege dānant etiā ca-
Verſibus. pitali ſupplicio venefici: q̄ malū venenū necādi hoīs cā fecerint vel vendiderint
vl habuerint. vel q̄ in cātationib⁹ ⁊ ſuſurris magicis hoīes occiderint. Et olim
cōmittēs in hanc legē cor. nō occidebat: ſed deportabat et oīa bona ſua publica-
bant. j̄. e. l. eiuſdē. § legis cornelie ⁊. l. pe. hodie aūt homicidas ferro pſeq̄mur:
Pena. l. cor. ⁊ qꝛ eos occidim⁹. ⁊ ſic pena legꝭ cor. ē mors vt no. glo. ij. dic. § itē lex cor. iſti. de
pub. iud. ⁊ no. j̄. l. j. vbi etiā colligunt caſus q̄b⁹ q̄s hac lege tenetur.

## Ad legem pompeiā de paricidijs.

¶ Lege pompeia de paricidijs cauet vt ſi q̄s p̄rem matrē. auū auiā f̄rem ⁊ ſoro
Lex pōpeia. rem. ⁊ ceteros q̄ parentū aut liberoꝝ vocabulo ꝯtinēt: aut aliq̄ affinitatꝭ neceſſi-
tudine iūgunt: occiderit: vl' cui⁹ dolo malo id factū erit: incidat in hāc aſpꝛimam
penam legis pompeie. cuius penam quia pompeius ſtatuit ab eo denominata
eſt: Sed accuſationem inuenit cornelius. ſilla. vt s̄. de ori. iur. l. ij. § deinde cor-
nelius. Que pena talis eſt: vt neqꝫ gladio neqꝫ ignibus aut alia ſolenni pena
puniatur: Sed inſutus culeo. i. corio vel pelle. cum cane gallo gallinatio ⁊ vi-
pera: ⁊ ſimea: in vicinū mare: vel in amnem ꝓiciatur vt oīm elementoꝝ vſu viu⁹
careat: ⁊ ei celū ſupſtiti. i. viuo: terra mortuo auferat. iſti. de pub. iudi. § alia de-
Paricide. inde: Et dicūt paricide: qꝛ parē. i. equalē ſui generis aut ſtirpis occidūt. q̄ ⁊ pa
Patricide rēticide. ⁊ p̄ricide appellant̄ ſm priſ. eo ꝙ parētes vl' p̄res occidūt. Sꝫ cōmu-
Parēticide ni⁹ vocabulū ē paricida. qđ ad oēs ꝯſāguineos referri p̄t ⁊ ſic etiā parētib⁹ hoc
crimē ꝑpetrātib⁹ ꝯuēire. Et đ hoc crimē ⁊ pēa pōit tul. ī oratiōe ꝓ ſexto roſcio

## Ad legē corneliā de falſis: et de ſenatuſcōſulto liboniano.

¶ Senatuſcōſultū libonianū factū eſt ad ſupplendū legē corneliā Pena aūt legꝭ
Libonianū ſe- cornelie de falſis q̄ etiā teſtamētaria appellat. irrogat in eū q̄ falſum teſtamētuz
natuſconſultū. fecit Eſt autē falſum īmutatio veritatis vt in aut de inſtru. cau. in p̄n. coll. vj. et
Falſum. dicit immutatio ideo qꝛ falſatores ſtudent immutare vera. vel imitari ea q̄ vera
ſunt vt falſa videant veriſilia. Locū habet hec lex cor. de falſo. cōmiſſo dolo. nō
aliter. C. e. nec exemplū. Et cōmittit falſum plurib⁹ modis. puta ſcriptura ſiue
q̄s ſcribat falſum. ſiue deleat verū: vt res id eſt rei veritas non appareat et ita fe
cit illegibilē ſcripturā. nō diſtinguo ſit teſtamētum vel aliud inſtrumentū publi
cū vel priuatū vel vtrū ſint tabule ceree. vel lignee: vel ratiōes. j̄. e. l. j. § qui in
rationib⁹ ⁊. l. paulus. § paulus. Item cōmittitur dicto. veluti in teſte falſum aſ-
ſerēte vel variū teſtimoniū ferente. Et iudice ſcienter ꝯtra conſtitutiones iniquū
Pena falſi iudicāte. ⁊ qui ad p̄dicta cōſiliū vel opem p̄ſtiterint vt ſi iudicē vel teſtem corru
perit. et q̄ falſis legibus vtit in allegando. j̄. e. l. j. § item ⁊. § ſed et ſi quis. Et ei
us pena eſt deportatio in liberis hominibus oīm bonoruꝫ publicatio. In ſeruis
aūt vltimum ſupplitiū: ſicut et in lege de ſiccariis et veneficis obſeruatur. l. j. §
Libonianū ſe ſi. infra. e. et inſti. de pub. iudi. § item lex cornelia. Libonianum autem ſenatuſ-
natuſcōſultum conſultum locū habet: cum quis pecuniā recepit vel de ea paciſcit ꝓ aduocatiōe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vel teſtimonio inſtruēdo. vel ſi ſocietatē fecerit ꝓ innocētū obligatiōe vt. ſ. e. l. ſ
ꝛ ſ. ad. l. iul. de vi. pri. l. ex ſenatuſ. ꝛ de ꝯcuſ. l. ij. Itē locū hꝫ cū qs ex teſtamto
militꝭ ſibi legatū aſcribit. de quo p Spe. de fide. inſtru. § ad hec.

## ¶ Ad legem iuliam repetundarum.

¶ Hec lex locū habet cum is q̄ habet publicū officiū pecunia data vel ꝓmiſſa ſi
bi aliq̄d facit: qđ facere nō debet: vel omittit qđ facere debet vt ſi ob iudicandū : Quātū recipe
vel nō iudicandū iudex accipiat. vel ob ſententiā in ſenatu ꝯſilioqꝫ puplico dicē= re rem publici
dam. vel ob accuſandū: vel non accuſandū. vel ob iudicem arbitrumve dandum: offi. qs poſſit.
mutandum : iubendum: vt iudicet vel ob non dandum . mutadum . iubendum.
vel ob hominem in vincula publica concutiendum. vincendum vincirīqꝫ iu=
bendū. vel ob homiuem ex vinculis dimittendū. vel ob hoīeꝫ necandū. vel abſo l
uendū: vel litē eſtimandā. vl' ob iudiciū capitis pecūieve faciēdū vl' n̄ facēdū. vel
ob militē legendum mittendūve. Et gn̄alis ſubijcit clā. vt vrbani ingrat⁹ ab oī
ſorde abſtineant. Neue doni, aut munerꝭ in anno pl⁹ accipiāt. q̄ ꝙ ſit centū aure
orum. Niſi a pſonis exceptis a q̄bus lex iubet accipe. puta a ꝯſobrinis. ꝛ his qui Eſculenta.
ſunt a priori gradu. ꝛ ab vxore. ſ. e. l. j. ij. iij. iiij. v. vj. ꝛ. vij. Eſculenta tn̄ ꝛ po=
culenta recipit ab oīb⁹ pſonis: q̄ tn̄ nō excedūt edulium eſum ꝛ inꝫ dies ꝓximos
ꝓdigunt. i. ꝯſumi poſſunt ſ. de off. ꝓcō. l. ſolēt. § vl. ꝛ de offi. pſ. l. ſi forte. Et ꝓ
hoc delicto locū habet duplex q̄rela Ciuilis actio in factum vel cōditio ex. l. Et
Et publica accuſatio. Actio daꝫ in q̄druplū ꝯtra iudicē ꝓ eo qđ ipē vel ei⁹ do=
meſtic⁹ vel manipularius vel miniſter accepit. vel rapuit vel abſtulit vt. e. l. j. ꝛ
debet iſtud quadruplum totum fiſci eſſe. cum danti obſtet turpitudo ſua ne poſſit
aliquid repetere. infra de iur. fiſ. l. lucius. Eſt et publica accuſatio inducta pro Repetūdarū.
hoc crimine q̄uis duret officium magiſtrat⁹. C. e. iubem⁹. Et dꝛ repetundarū
more latinitatis antique hodie diceremꝰ repetēdarū. vt diximꝰ ſ fam. her.

## Ad legem iuliam de annona

¶ Lege iulia de annona pena ſtatuitur. que eſt ſ de extraordina. cri. l annonam Annona.
Aduerſus eum qui contra annonā fecerit. aut ſocietatem coierit quo annona id
eſt venditio frugum. vel bonitas fori. carioꝛ fieret. vel qui nauem ferentem anno
nam aut eius nautam retineat vt in. l. ij. infra. e. Non ꝙ hec lex cogat aut coge=
re poſſit diuites vt vendant frumentū ſi non volunt. l. nec emere. C de iure. deli
Sed punit eum qui emit vt poſtea alijs carius reuendat vt no. glo. in l. anno=
nam ſ. de extraoꝛ. cri. ſ alle. Niſi neceſſitas famis vrgeret quia tunc poſſunt co
gi habentes vt vendant. ſed iuſto pretio. l. ij. C. de epi. au. l. j § cura carnis ſ.
de offe. prefec. vr. Et incidunt in hanc legem. qui vadunt incantando frumentū Incātātes fru
in platea: et offerunt pro frumento plus debito. vt alij carius emant Ita dicit menta.
Bar. in. l. ij. § ſi quis . ſ. de. cri. ſtel. quia extra ordinem poſſunt puniri de hoc
no. in. c. j. de empto. ꝛ ven. Et eſt pena ſtatuta in hac lege. xx. aureo. et etiam pe
na criminis vt. le. et no. in. l. ij. ſ. e.

## ¶ Ad legem iuliam peculatus et de ſacrilegijs et reſiduis

¶ Lege iulia peculat⁹ caueꝫ de eo q̄ ex pecunia vl' re ſacra vl' religioſa vt ꝭ orna Peculatus.
mētꝭ ſepulchroꝝ: vl' pub. vt fiſci vl' ciuitatꝭ romāe aliq̄d abſtulerit vl' iterceperit.
vel etiam cui⁹ dolo malo id factū eſt. Et eſt eius pena. aque et ignis interdictio.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In q̃ hodie ſucceſſit deportatio vt.ĩ.l.iij.⁊ in auk.de nup.§.deportatio. Trac-
Deportatio — taꝛ ⁊ de alia lege q̃ dicit de reſiduis.que lex iulia locum hꝫ ɔtra eũ: apud quẽ ex
De reſiduis. — locatione emptiõe.alimẽtaria ratiõe aliave q̃libet cã.tota pecunia publica vel
pars pecũ ie publice q̃ accepit reſedit. Itẽ et eadẽ lege teneꝛ q̃ pecuniã publicã
in vſum aliq nẽ acceptã retinuit.nec erogauit.vt.ĩ.l.ij.⁊iiij.§.lege. Et incidũt
in hãc legẽ officiales ſiue camerarij q̃ habẽt ex offitio publicas pecunias.vel q̃
habẽt vnã collectã impoſitã in cõmuni deſtinatã ꝑ vſu et neceſſitate cõmuni.et
finito offitio ſibi retinent.vel eandẽ pecuniã ɔuertunt ĩ aliũ vſum vt in.l.ij.ĩ.e.
Et pena huius legis eſt in tertia pte q̃ accepit amplius q̃ debet.id eſt punitur
Pena huius. — in ſimplo et in tertia pte ſimpli.ĩ.l.iiij.§.ſed ⁊ q̃ pecuniã Sacrilegiũ aũt fit cum
Sacrilegiũ et — quis rẽ ſacrã interceperit vel ſuſtulerit de loco ſacro.vel nõ ſacro Aut cum q̃s
eius pena. — rem nõ ſacrã de loco ſacro abſportauerit.vt in.l.ſacrilegi pꝰ pn.ĩ.e. Penã aũt
ſacrilegij iudex ꝑ qualitate pſone.ꝑ rei cõditiõe.tempis.etatis.et ſexus.vl' ſe-
uerius vl' clemẽtius ĩponet. Multi eñi ſacrilegi ad beſtias dãnati ſunt: nõnulli
viui cõbuſti. Alij in furca ſuſpenſi vt in.l.ſacrilegij.ĩ.e. Nõnunq̃ etiã capite
puniti.vt in.l.ſacrilegi Eſt ergo hodie extraordinaria hec pena.vt.ĩ.no. Et di-
ciꝛ ſacrilegiũ.a ſacro.et lego qð eſt furari vel ſubtrahere.hinc ſacrilegꝰ q̃ ſacrũ
furaꝛ. Vir.in buc.vel q̃ ſublegi.i.furatus ſum tacitus tibi carmina nuper.

## ¶ Ad legem iuliam de ambitu.

¶ Hec lex locũ habet in q̃ttuor caſibꝰ: Primo ſi quis dederit clã pecuniã vt ali-
Crimẽ ambi. — quem ſortiaꝛ honorem.nõ in vrbe romana.nã ibi ceſſat hec lex.cum princeps ibi
eligat.l.j.ĩ.e. Vel ſi ꝑ preces.vt in.l.fi.C.ad.l.iul.repe. Ideo dixi clam.qꝛ pa-
lam poteſt dare pecuniã ꝑ honore aſſequẽdo ſine adminiſtratiõe tñ.puta vt fiat
nobilis.vel comes palatinus vel doctor. Sed cum adminiſtratiõe nullo modo
licet dare.nec occulte:nec palam.vt in auk.vt iudi.ſin quoquo.ſuff.ꝑ to.et de
poll.l.j §.j.et de off.pſi.l.barbarius. Secundo habet locum cũ quis ſtat in ma-
giſtratu vltra annũ.C.e.l.j. Tertio ſi quis ſtudioſe vel malitioſe ingrediꝛ do-
mum iudicis cognoſcentis de cauſa criminali vt cũ eo captet beniuolentiã ⁊ ami-
citiam.vt ei in ſuis cauſis faueat vt.infra.l.j. Quarto ſi iudex nouũ vectigal in-
ſtituerit et exegerit vt in.l.fi.C.no.vec.impo.⁊c. Nã ſi exegit teneꝛ etiã repe-
tundarum Ita dicit Bar.poſt.glo.in.l.j.§.j.ĩ.e. Et eſt pena centũ aureorũ vt
infra.l.j. Sed in caſu deport.ꝛ.qñ ſcꝫ bis idẽ officiũ eſt aſſecutꝰ.C.e.l.j.niſi nõ
repirenꝛ meliores vt.C.de aſſeſſ.l.liceat. Itẽ in ꝓconſule.vt ſ̃ de off.ꝓcõſul.l
Ambire. — antepe. Et diciꝛ de ambitu ab ambio qð eſt circuire.⁊ blãdimẽtis iudicẽ vl' ma-
giſtratꝰ cirũuenire. Vir.regẽq; ãbire latinũ.⁊ ĩ c.qꝛ ꝑ ãbicioſã ð reſcrip.li.vj.

## ¶ Ad legem fauiã de plagiarijs.

¶ Plagiarius eſt q̃ hominẽ liberũ aut ingenuum vel libertinũ inuitũ celauerit
et vinctum habuerit aut emerit ſciens dolo malo.vel liberũ hominẽ donauerit
Plagiarius — vel in dotem dederit.quo crimine obnoxius etiã eſt qui liberũ vendiderit.vel
ſeruo alieno aut ſerue pſuaſerit vt a dño vel domina fugiat vel qui eum eãve.in-
uito vel inſciente domino vel dña celauerit.vinctum habuerit emerit ſciens do-
lo malo.q̃ ve in ea re ſocius erit.et eius legis fauie pena teneꝛ Sed non ſtatim
plagiarius eſt qui ſeruos alienos interceptos tenet Sed poteſt furti contra talẽ
agi:vt ſi opem ad furtum pſtitit.vel quia etiam corrupit vt fugeret. Sed q̃ ſurri-
ripuit ſeruũ vt exportatiõe dñm celaret.ille plagarius eſt vt ſ̃.de.fur.l.fullo.§.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui ancillam.ꝛ.l.non ſtatim.ỹ.e.et no.in.l.j.ꝑ.glo.ỹ.e.Et eſt plagiũ furtũ alie
ni mancipij. Inde plagarius qui tale furtum ꝯmittit. Olim erat pena pecunia-  Lex fauia.
ria ſtatuta in lege fauia:que hodie in vſu eſſe deſijt vt in.l.in fuga.C.e.ꝛ.l.fi.ỹ.
e.hodie autẽ conuicti de tali crimĩe:puniuntur pro qualitate delicti.et aliqñ in
metallum damnantur quando ſunt nobiles. Si autem ignobiles gladio Seruꝰ
autem ſiue libertis beſtijs ſubijcitur vt.C.e.l.fi.

## Ad ſenatus cõſultũ turpilianum. Et de abolitionibus criminum.

¶ Temeritas accuſatorũ tribus modis detegit᷑ vl᷑ depꝛehendit᷑ Et ſcd̃m hoc tri-  Accuſatorum temeritas.
bus penis ſubijcit᷑. Aut eñ calũniant᷑:aut p̄uaricantur:aut tergiuerſant᷑. Calũ-
niari eſt falſa crimina ſcienter intẽdere vt ſ̃ de infa.l.atheletas.§.calumniator  Calũniari.
Et irrogat᷑ calũniatoribus pena ex lege rhemia.q̃ talis eſt.ꝙ ꝓ publico iudicio
ſimilitudo ſupplicij:ꝓ extraordinario ꝓ motu iudicis punit᷑.C.de.accu.l.fi.et
de calũ.l.fi.ꝛ.ỹ.e.l.ꝛ in p̄uatis Preuaricari vero eſt vera crimĩa abſcondere.  Preuaricari.
ỹ.de ver.ſig.l.preuaricatores.ꝛ dic.l.athletas.§.p̄uaricator et ſ̃.de p̄uar.l.j.
Et qualiter punitur p̄uaricator habet᷑ ſ̃.de p̄ua.l.ij.et.l.accuſator.ꝛ.l.ab ĩpa-
tore.Et ꝓprie iſte eſt p̄uaricator.q̃ colludit cũ reo.et trãſlatiuo munere accuſan
di defungit᷑.eo ꝙ ꝓprias ꝓbationes diſſimularet.falſas vero excuſatiões el᷑ ex-
ceptiões.admittet et recipet tanq̃ bonas.ỹ.l.j.§.p̄uaricatorẽ. Tergiuerſari eſt  Tergiuerſari
in vniuerſũ ab accuſatiõe publici criminis deſiſtere.ỹ.e.l.ſi quis repetere.Et tal᷑
incidit in ſenatuſconſultũ turpilianũ.quod a turpilio cõſule factũ ẽ.vt C.e.l.j.
Et eſt pena eiꝰ vt no.ſ̃ de p̄uar.l.iij.§.fi. Nam q̃cunq; ab accuſatiõe citra aboli-
tionem deſiſtit punit᷑ pena turpiliani vt C.de aboli.l.abolitio.Et dr̃ ab accuſa-
tione deſiſtere q̃ cum aduerſario ſuo de cõpoſitiõe eiꝰ crimĩs qđ intẽdebat fuerit
locutus ſecũ trãſigendo.l.ab accuſatione.ỹ.e. Abolitio aũt eſt ꝑemptio accuſati  Abolitio.
onis.Et fit tribus modis.vno mõ ꝑ p̄ncipẽ ſpõte ſua id facientẽ puta ꝓpter diẽ
inſignẽ.id eſt repentinas ferias.aut publicã gratulationẽ aut ob rem ꝓſpere ge
ſtam. Altero mõ fit ꝑ accuſatorẽ poſtulantem. Tertio modo fit ꝑ mortẽ accuſan
tis.vel accuſati:vel biennio trãſacto ſine culpa accuſatoris.ỹ.e.l.abolitio.ꝛ.l.
vel ob rem.ꝛ.l.aut p̄uatim.ꝛ C.ſi reus vel acc.mor.l.ij.et.l.defunctis. Et illa
q̃ nullo modo poſtulãte ꝯcedit᷑.a ſolo p̄ncipe indulget᷑.et illa inducit ferias repẽ
tinas. Alia que fit accuſatore poſtulante.a q̃libet ordinario q̃ de crimine cogno-
ſcebat tribui poteſt.nõ a delegato.ỹ.l.j.§.abolitio. Ubicunq; aũt accuſator pe
tit abolitionẽ.ꝓpterea ꝙ ab accuſato accepit pecuniam vt deſiſteret:non eſt ei
abolitio danda niſi accuſator accuſauerit cognatas ꝑſonas vel accuſauerit ꝓſe-
quendo iniuriã ſuã C.e.l.pe. Nam quãto facilius admittit᷑ ꝓſeqñdo iniuriam
vel ſuoꝝ.tanto magis eſt venia dignus:ſed in alio caſu ob retinẽdũ amorẽ ꝓpin
quoꝝ.id ei ꝯcedit᷑. In p̄dicto aũt caſu qñ recepta pecunia deſiſtit:dolus ſuus et
fallatia ſibi obſtant.accuſatori eñ ſemꝑ eſt illicitũ pecunia deſiſtere.ỹ.l.ab accu  Nota.
ſatiõe.ꝛ.C.e.l.ſi femina.niſi in p̄dictis duobꝰ caſibꝰ.Et eſt notandũ ꝙ abolitio
principis non habet locum in illis criminibus in quibus accuſanti et accuſato in-
cumbit probatio.ỹ.e.l.pe.

## De requirendis reis et abſentibus dãnandis.

¶ Tantũ eſt p̄uilegiũ abſentiũ.vt diui imꝑatores noluerũt abſentes puniri aut  Abſentũ p̄ui.
damnari:nec eñ ratio patit᷑ equitatis queq̃ dãnari inaudita cã.etiã lite ꝯteſta-

ta.vt.C.e.l.j.niſi in caſu.C.de pe.l.ne diu.ꝛ fa.ꝯ.de pe.l.abſentẽ.ꝛ.C.ſ.ac.
.l.abſentẽ. Ubi ergo grauioꝛ pena venit irroganda nõ eſt abſẽs cõdẽnand⁹.ſed
Regratiatꝛ re. ꝑus reqrend⁹ vt copiã ſui ꝑſtet et bona eius deſcribantꝛ in publicũ in q ſuatur
talis oꝛdo: Primo eñi debet reqri ad inſtar ciuilis actionis vt no.ſ.de pub.iud.
.l.inter. Scdo bona annotantꝛ: dicendo oĩa bona pono in bãno fiſci niſi venerit
j.annũ et deſcribantꝛ vt.ꝯ.l.fi.et ab hac ſentẽtia cõdictionali poteſt appellari. vt
C.ſi pen.app.l.ei⁹.fiſcus tñ nõ occupat de facto iſta bona niſi poſt annum vt.ꝯ.
l.ij.ꝛ.l.fi. Tertio reqritꝛ qð fit ꝑ edicta publica: et ex q innoteſcere potuit ſibi cõ
.putatꝛ annus.ꝯ.e.l.ann⁹.ꝙ ſi intra annũ moꝛtu⁹ ſit: criminis cauſa expirat ꝛ pe
tit.ꝛ bona ei⁹ ad ſucceſſoꝛes trãſmittuntꝛ ſi ſaltem reus requiſitus: intra annũ iu
dicẽ adierit: ꝛ ſatis obtulerit de ſtando iuri vt.ꝯ.l.j.in fi.ꝛ. C.e.l.j. C.ſi pen.
app.l.ei⁹ qui. Niſi ſit crimẽ qð moꝛte nõ extiguatꝛ.ſ.ti.j.l.in ſenat⁹.§.ſi ꝑpẽ.

## De queſtionibus.

Queſtio. In criminib⁹ ſeruandis et inueſtigandis ſolet adhiberi qſtio. Eſt aũt queſtio
inqſitio veritatis ꝑ tormẽta. Nuda eñi interregatio vel leuis territio non ꝑtinet
Carcer. ad hunc tractatũ.ſ.ad ſyll.l.j.§ qſtionem.vl' ſic.queſtio eſt tormentũ vel coꝛpo
ris doloꝛ: ad eruendã veritatẽ adhibit⁹. Et vbo queſtionis ꝯtinebitꝛ etiã ea ꝙ
malam manſionẽ dicim⁹ id eſt carcer. Qñ i  itꝛ ꝑ vim vel ꝑ tormenta interroga
tiones fiũt: tunc queſtio intelligitꝛ vt ſ.de iniur.l.item apud.§.qſtionis ꝛ.de rei
ven.l.cũ ſuꝑuenis. Quãdo aũt vel qtenus hoc faciendũ ſit hoc.ti.tractatꝛ. Nã
diu⁹ auguſtus ꝯſtituit nõ eſſe tormẽtis inchoandũ Sed tũc qñ ſuſpect⁹ eſt reus
vel alijs indicis vel argumentis ꝓbatio adiuuatur. vbi aũt non ſunt indicia nõ
eſt facienda qſtio. Nã queſtio eſt res fragilis et periculoſa: q veritatẽ fallit. Nã
plerıq꜓ patientia ſiue duritia: ita tormenta condemnatꝛ vt exprimi ab eis veritas
nullo mõ poſſit. Alij tante ſunt impatientie: vt in quiſ mentiri: ꝙ pati tormenta
velint. et ita fit vt etiam vario modo fateantꝛ vt nõ tñ ſe: verũ etiã alios criminẽ
Tria reqſita ad qſtionẽ. tur. Reqruntꝛ ergo ad queſtionẽ tria. Primo ꝙ veritas aliter haberi nõ poſſit:
nã tormentũ infertur cauſa inueſtigandi veritatẽ et in ſubſidiũ.vt in.l.diu⁹ pi⁹.
ꝯ.e.2.v.q.v.c.illi. Scdo reqritꝛ ꝙ ꝑcedant aliqua indicia ſiue ꝑſumptionis vel
ſemiplene ꝓbationis. Nã ſine indicijs non eſt inferenda qſtio.vt in.l.ex libero
ꝯ.e. Tertio reqritꝛ ꝙ quis ꝑſeueret in ꝯfeſſiõe in toꝛtura facta: id eſt ꝙ extra lo
cum tormentoꝝ iterum ꝯfiteatur ratificando prioꝛem ꝯfeſſionẽ.ita tñ ꝙ nõ vide
at iſta tormenta: alias videtꝛ feciſſe metu tormentoꝝ.in.l.ij.ꝛ.ibi.bar.infra.e.ꝛ
Tormẽtũ. xv.q.vj.c.j.ꝛ.xxxj.q.ij.lotari⁹. Et dr qſtio a qrendo qꝛ iudex ꝑ tormẽtũ inqrit
veritatẽ. Et dicitꝛ tormentũ qſi torquẽs mentem: a toꝛqueo.ita no.per doc.in.c.
in ꝯtemplatione de regu.iu.in decr.

## De penis.

Pena. Pena eſt delicti vel delictoꝝ ſatiſfactio: q lege vel miniſtro legis imponitur.
Et certũ eſt ꝙ imponitur ꝓpter delicta. Sed in his attenditꝛ vtrũ delictũ ꝓueni
at ex aĩo: an nõ. Si eñi ex aĩo non ꝓueniat: plerũq꜓ nullo modo punitꝛ: maxime ſi
caſu: vt venando: vel impetu vt ꝑ furoꝛẽ foꝛte vel ebꝛietate committatꝛ. vt ſ.ad.l.
pom.de par.l.pe.et de off.ꝑf.diu⁹.ĩfra.c.l.reſpiciendũ. Et aliquando punitur
Septẽ gñã penarũ. leui⁹.vt cũ laſciuia vel malo exẽplo cõmittitꝛ vt.ſ.ad.l.coꝛ.l.ð ſic.iij §.ſi ex.l.
iiij.§.j.ꝛ ĩfra.e.l.abſentem.§.vltimo. Et ſunt ſeptem genera penarũ quib⁹ iudi
ces aliquem afficere poſſunt. Quedam enim pene vitã adimunt: aut ſeruitutem

inungũt:aut ciuitatem auferunt:aut exilium:aut cohertionē corporis continent
vel fuſtiũ ammonitionē:vel flagellorum caſtigationem:vel vinculorũ verberatio
nem:aut damnu; pecuniariũ cũ infamia:aut dignitatis alicuius depoſitionē:aut
alicuius actus ꝓhibitionē de quibus in.l.ſi quis forte in fi.cum duabus ſe.j. Capitales pe.
e.Capitalium autem penarum iſti ſunt gradus.Nam ſummũ ſupplicijs videtur
ad furcam damnatio.Itē viri concrematio.Item capitis amputatio.Item ad
beſtias ſubijci.Deinde proxima mortis pena et metalli cohertio:in inſulam de-
portatio.vt in.l.capitaliũ.infra.e.Eſt et aque et ignis interdictio.vt.ſ.de pub
iudi.l.ij.Eſt et alia pena de qua.C.de mathe.l.et ſi excepta.Eſt et alia.ſ.ad
l.pom.de par.l.pe.

## De bonis damnatorum.

¶Quicunqꝫ ſupplicium id eſt mortem naturalem:vel ciuitatis vel libertatis Supplicijs.
amiſſionem patitur:eius bona publicantur.vt j.l.j.et.C.e.l.in metallum.niſi in
duob⁹ caſibus no.in.l.j.ꝛ.C.de mul.que.ſe.ꝓpri.l.j.ꝛ.C.de rap.vir.l.j.Iu-
re autem nouiſſimo locum habet quod dicitur in aut.vt nulli.iudi.§ fi.Quod aũt
dicitur damnati bona publicari diſtinguedum eſt vtrum ſeruus fuerit.tunc lo-
cum habet lex.j § ſi liber.Ce.An filius fa.quo caſu non aufertur patri peculiũ
etiam ſi erat caſtrenſe.C.e.l.ſi filius.An fuerit paterfami.et tunc refert an cu-
rialis:an non curialis fuerit.Si curialis et habeat filios maſculos et non filias:
filij omnia habent.Si filias tantum.ipſe habēt dimidium et curia reliquam di-
midiam.Si filios habet et filias:filij ſoli habent vnam dimidiam.et cum ſorori-
bus ſuis aliam partiantur dimidiam pro virili portione.vbi autem non eſt curia-
lis publicātur omnia:ſed princeps ex equitate concedit dimidiũ liberis damnati:
et quandoqꝫ omnia ſi magnus ſit numerus liberorum.Sed vbi dimidia tantum
publicatur nihil conceditur liberis vt in.l.j.infra.e.in fi.ꝛ.l.vlti.§ ſi plures.
patrono autem non diminuitur ſua portio damnato liberto.infra.e.l.vlti.§.ſi li-
bertum.In publicatione autem bonorũ ſciendum eſt ꝙ hodie non fit ſi damnat⁹
habeat cognatos vſqꝫ ad tertiũ gradũ incluſiue.In crimīe maieſtat; nil inouatur. Publi.bono.

## De bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi cõſciuerint vl' accuſatorem corruperint.

¶Nunc de bonis quaſi damnatorum:id eſt eorum qui mortem ſibi infligũt Su Infligēs ſibi
per quo diſtingue.vtrum conſcientia delicti aliquis infligat ſibi mortem an alia mortē.
cauſa.vt inpatientia doloris:vel ob pudorem eris alieni.et in his certum eſt
non auferenda bona.Sed in primo caſu diſtiguitur:an erat tale crimen ob qđ
non erant publicanda bona.puta furtum:et tunc non auferuntur bona heredi-
bus.an caſu quo erant publicanda et tunc aut erat tale crimen cuius accuſatio
poterat incohoari poſt mortē vt repetunt.pecul.et.l.ma.et auferuntur heredibuſ
bona.Si autem non poterat incohoari poſt mortem:et non auferuntur bona.ni-
ſi conſciuerit ſibi mortem poſt litem conteſ.vel poſtq̃ fuerit in ſcelere deprehē-
ſus.infra de iure fiſ.l.in fraudem § ij.et.iij.ꝛ ſupra.de iniuſ.rup.teſt.l.ſi quiſ
exheredato.§.ſibi autem infra.eo.l.vltimo.vſqꝫ ad.§.vlti.et.C.eo.l.j.et.ij Corrũpere
In capitalibus criminib⁹ q̃ penā mortis ꝯtinent nõ nocet aduerſariuz corrũpe. aduerſariũ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nam ignoſcendū ē ei q̄ ſāguinē ſuū q̄liťcūq̧ redēptū p̱ pecuniā voluerit. In hiſ autē criminibus q̄ ſanguinē nō infligunt: qui aduerſariū ſuum corruperit: hoc ē accuſatorem. puniť. vt. ſ. de preua. l fi.

## De interdictis et relegatis et deportatis.

¶ Triplex eſt exilium. aut certoꝝ locoꝝ īterdictio. vt aliquis bononie vľ mutine nō ſtet. Aut lata fuga: vt oīm locoꝝ īterdicať p̄ter certū locū puta vt ſtet mutine tantū: vel bononie. Aut inſule vinculū. i. relegatio in inſulā vbi nō ſtat cum hoīb⁹. Relegatoꝝ duo ſunt genera. Sunt q̄dā q̄ in inſulā releganť. ⁊ ſunt q̄ ſimpliciter vt ꝓuintijs eis interdicať: nō etiā inſula aſſigneť. Et hec eſt differentia inť relegatos et deportatos. q̄ in inſulā relegari et ad tēpus ⁊ in ꝑpetuum quis poteſt. Et talis ciuitatē romanā retinet: ⁊ teſtamēti factionē nō amittit. Et ſi ad tempus relegať: neq̧ tota bona neq̧ pars ei adimitur. Deportari aūt nō niſi in ꝑpetuū quis poteſt. et talis familiā ꝑdit et ciuitatē et bona ſua. j. l. relegati. ⁊. l. relegatoꝝ. §. hec differētia. Eſt eñ deportatio dānatio in inſulam ob aliquod crimen capitale aīo ꝑpetuo ibi manēdi. Et illa diciť mors ciuilis: et compať morti naturali ī illis ī q̄bus mors ciuilis hȝ eundē effectū cū morte naturali. vt in adeunda hereditate. bo. poſſ. inſtituēdo herede ⁊c̄. ꝑdunt eñ ea q̄ ſunt iuris ciuiľ: vt teſtari et ſimilia. Ea vo q̄ ſunt iuris gentiū retinēt. vt in. l. q̄dā. ſ. de. pe. ita dicit glo. ī. c. placuit. ij. xvj. q. j. Interdictio aūt eſt. extra eā ꝓuintiā in q̄ q̄s domiciliū hȝ: vľ in q̄ incola eſt ꝓhiberi ampli⁹ morari. vel extra patriā ſuā mitti. Et interdū ſolet etiā p̱ ſentētiam q̄buſdā inter dici: ne intra patrie territorium vel muros moreňť: vel ne excedant patriā: vľ vt ī vicis q̄buſdā moreňť aut ſuburbijs vt fit Baſilee. Item ꝯſtitui in honorib⁹ ſolent aliq̄n vľ ad tēp⁹ vľ in ꝑpetuū interdici honore vel ne penit⁹ honorē adipiſcanť. vt in. l. relegatoꝝ. j. e.

## De ſententiā paſſis et reſtitutis.

Sñiam paſſi. ¶ Paſſi ſententiam dicunť: quib⁹ ob atrocitatē criminis aliq̄ ex ſolēnib⁹ penis p̱ ſententiā inflicta eſt: vel iniuncta. vt eſt vltimū ſuppliciū: ſuit⁹ pene: dānatio in metallū: deportatio: et ſiľes: tales eñ p̱ ſententiā damnati dicūť fieri ſerui pene: Suppliciū eñ eoꝝ dñs eſt vt in. l. iij. ſ. de his q̄ ꝓ nō ſcrip. ha. licȝ iure nouiſſimo nemo ingenu⁹ hn̄ nat⁹ fiat ſu⁹ ex ſuplicio. vt in auť. d̄ nup. §. q2 vo. ⁊. §. q̄ aūt coll. iiij. qđ quō ītelligi dȝ no. glo. ī auť. ſed hodie. C. de do. inter. vi. ⁊ vx. Et tales ſi ex indulgētia p̄ncipis reſtituti ſunt: ⁊ p̱ oīa priſtinū ſtatū recipiūt ſcȝ q̄ntū ad honores vľ ordīes ⁊ ſilia vt C. e. l. j. ⁊ etiā ad p̄riaȝ poteſtatē vt inſti. q̄ mo. ius. pa. po. ſol. §. cū āt. Eſt tñ differētia q̄b⁹ vbis p̄nceps vtať. Nam ſi dicat reſtituo te: tūc ad oīa videť reſtitut⁹ vt ſ. dixi. q2 vbū reſtituo gñale eſt. l. videamꝰ. §. in fauiana. ſ. de. vſur. ⁊ ī. l. fi. ī. fi. j. de v. ſig. Sin āt dicat indulgeo tibi: q̄ caſu de pena tm̄ remittēda cogitaſſe videť. C. e. l. gñalis. ⁊. l. tutor. ⁊. l. cū indulgētia. ⁊. C. de gña. aboli. l. fi. q2 pena p̄t demi: culpa ꝑhennis erit: id eſt mala fama. vt dicit ibi glo.

Serui pene.

Reſtitutio p̄ncipis.

## De cadaueribus punitorum.

¶ Corpora eorum qui capitali crimine damnati ſunt cognatis vel quibuſlibet petētibus ad ſepulturam danda ſunt: et non negdāa: Immo etiam corpora exuſtorum peti poſſunt: ſcilicet oſſa et cineres collecta ſepulture tradi poſſunt. Tamen hoc debet fieri ex indulgentia a principe petita et conceſſa. Sic et Joſeph petijt a pylato corpus chriſti. vt dicit glo. in. l. j. j̄. e. ⁊. fa. C. d̄ relig. l. obnoxij.

Corpora punitoꝝ ſepeliēda.

Exiliū.

Relegatio.

Deportatio

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

os. Aliqñ tñ nõ ꝑmittiꝛ maxime in damnatis causa leſe maieſ. vt in. l. ſ. § hodie ſ. e. de hoc. xiij. q. ij. queſitũ. ꝓhibentꝛ etiã ſepeliri incẽdiarij. xxiij. q. viij. ꝺ in cendiarijs. Item mortui in torneamento. Itẽ qui ſeipos interficiũt. ⁊c̃. vide. bonam glo. ⁊ ibi no. ꝑ doc. in. c. ex ꝑte. ij. de ſepul.

## Liber q̃dragesimusnonus ⁊ vndecimꝰ huiꝰ.

### De appellationibus ⁊ relationibus

NEmo eſt qui neſciat: q̃ꝫ frequẽs q̃ꝫ neceſſarius eſt appellandi vſus. Nã ꝑ eum vel iniquitas iudicã- tium damnoſa: vel impicia negligentiũ corrigiꝛ. l. j. ſ. e. licet nõnũ- quã bene latas ſñias in peius reformet: neqꝫ eñ vtiqꝫ ſemꝑ melius ꝓnũciat qui nouiſſimus ſententiã laturus eſt. Eſt autẽ appellatio ſm Azo. ſententie a minori iudice late ꝑ inuocatõem maioris iudicis: ꝑtextu ſini- quitatis ꝑme ſentẽtie: reſciſſio. ſ̃. de mino. l. ꝑfecti: ⁊ ad turp. l. ſ. § vl. Vel ẽ ab inferiori iudice ad ſuꝑiorem gradatim facta ꝓuocatio: vt dicit glo. in. c. ij. de cõ ſuetu. li. vi. ⁊. ij. q. vi. anteriorum. Relatio vero eſt remiſſio cauſe ad ſuꝑiorem facta. Et eoipo q̃ iudex dicit referre velle negocium: nõ põt ammodo cognoſce- re. vt. C. de rela. l. j. ⁊. C. de app. l. ex illo Et debet iudex illico relationis exemplum litigatoribus edere. c. intimaſti de app. ⁊ in. l. ij. ⁊. iij. C. de rela. Appel- lare poteſt ille qui eſt condemnatus: ſit vnus vel plures. C. ſi vnus ex plu. ap. et. c. ab vno de appel.

Appellãdi vſꝰ

Appellatio

Relatio

### A quibus appellari non licet

Suꝑuacuum eſt admonere a quibus non licet appellari: quia omnes ſciunt non eſſe a principe appellandũ: cũ ipe ſit q̃ ꝓuocaꝛ: vt. ſ. l. j. ⁊ in aut. de ſãc. epi. § j. ſed ab eiꝰ reſcripto bene appellaꝛ: vt ſupra ti. j. l. j. § i. ⁊. C. e. l. non eſt nouũ In terdũ etiã imꝑator ita ſolet iudicem dare: vt non liceat ab eo ꝓuocari: ⁊ tũc non appellatur ſm leges Secus iure canonum. vbi ſola friuola appellatio: per hãc clauſulam app. re. remouetur: vt no. in. c. paſtoralis: de app. ⁊ ponit glo. fi. ſ. e. l. j. Item qui ante ſententiã ꝓfeſſus in iudicio fuerit ſe non ꝓuocaturꝫ: vel extra iudicium cum aduerſario ſuo paciſciꝛ: indubitate auxilium appellationis ꝑdit: vt infra. l. j. § ſi quis: ⁊. C. de temp. app. l. j. ĩ fi. An antem ab arbitris appella- ri poſſit ⁊ a quibus no. infra. l. fi. et eſt hodie clare expeditum in. c. ab arbitris ꝺ off. dele. li. vi. Item a ſenatu non appellaꝛ Item non appellatur a ſententia pre- fec. ꝑto. ſ̃. de ſen. p̃. p̃.

A q̃bꝰ nõ ap.

Appel. ab ar.

### Quis et a quo appelletur

¶ Appellare quis poteſt a diffinitiua ſententia: non ab interlocutoria: niſi in ca- ſu cum iudex queſtionem in ciuili negotio vel criminali habendã ꝯtra leges inꝛ- loquutus eſt. infra de app. reci. l. ante ſententiam Et eſt hoc intelligendũ de que ſtione que ſit per tormẽta nõ de queſtione principali: q̃ iudex interlocutoria ſen tentia diffiniunt. ſupra ti. xx. l. vl. Item poteſt appellari a tota ſentẽtia et a certo capitulo eius: niſi appelletur ab vno capitulo: non reſcinduntur ideo alia: niſi ſint cõnexa. ſupra de mi. l. etiam. § ex cauſa. vbi autem quis damnatus ex pluribus

Q̃ñ appellã.

facinoribus ꝓpter quedam appellauit: ꝓpter quedam nō ſiquidem appellauit in grauiori: differt pena in leuioribus. Si vero appellauit a leuiori grauiū pena eſt omnino imponenda. īfra. nil noua app. pen. l. j. §. vl. Item poteſt appellari a cōſultatione. Item poteſt appellari ab iniqua interpretatione ſententie: ſi tamen is habuit poteſtatē interp̄tandi: veluti ꝓcurator ceſaris: ꝛ preſes ꝓuincie Ita tamen vt in cauſa appellationis reddende hoc ſolū querat an iure interp̄tatum ſit infra. e. l. ab executore. Itē pōt quis appellare a ſententia iudicis ordinarij. Itē a ſententia iudicis delegati licet delegatus ſit a principe vt dixi. ſ. ti. pri.

## Quando appellandum ſit ꝛ intra que tempora

Qū appellā. ¶ Appellatio fit apud acta: ſola voce vel dicto. Si dicat appello. Si aūt nō apd acta quis appellat: libellus appellatorius offerendus eſt: ei a quo appellatū ē: ſi ē eiꝰ copia. Alioq̄n ei quē appellat. ſ. de ap. l. j. ꝛ. ij. ꝛ. C. e. l. litigato. l. eos. §.

Libellꝰ appellatorius ſin autem. ꝛ. j. e. l. j. §. dies. ꝛ. §. ſi quis Libello autem appellationis porrecto iudici: ſi q̄dem recipiat bene eſt: tunc eī et ipſe iudex dare debebit libellos dimiſſorios ſiue apoſtulos. infra. xxx. dies etiaꝫ non petente appellatore: ſed ꝛ appellato: cum inſtantia debet petere. infra de libel. dimiſ. l. j. quod ſi non fecerit imputatur ei: licet iudex malefecerit qui non dedit ei. C. de app. l. eos. §. appellationes ꝛ. l. iudicibus. Si vero non debuit eam recipere quod ex multis cauſis contingere poteſt. infra de app. reci. l. vl. ꝛ. C. quorū app. non reci. nihil ſibi preiu

Temere app. dicat. Immo qui temere appellauit punitur in quinquagīta libris argenti: ꝛ infamat et mediocrem penam corporalem ſubibit. C. de app. l. eos. §. ſuper his et l. a proconſulibus. et. C. quorum appellatione. non recipiuntur. ab executione. §. vl. Fiebat olim appellatio infra biduum in ꝓpria cauſa: quod computabatur

Infra que tpa appellandum a die late ſententie In aliena autem cauſa cōputabatur triduum. j. l. i. §. biduuꝫ ꝛ. §. dies ꝛ. §. in ꝓpria. ꝛ. C. de app. l. eos. §. ſin autem. Hodie vero decēdiū ē indultum ad appellationeꝫ faciendam a recitatione ſententie numerandum. vt in aut. de app. ꝛ intra que tempora. i. rñſo. quod tempus nō currit niſi a tempe ſententie ꝛ ſcientie. C. e. l. j. ꝛ. C. quō. ꝛ quando iudex. l. ab eo.

## De appellationibus recipiendis vel non

Quoꝝ appellatōes ñ reci. ¶ Non omnes appellationes recipiuntur: ſed hee ſolum que fiunt ab his quorum intereſt: vel pecuniariter: vt. ſ. de app. l. iiij. §. j. vel affectione: vt ſupra de app. l. non tantum: vel quibus mandatum eſt vt procuratores vel qui negocium alienum gerunt: quod mox reus ratum habet vt infra. l. i. Item qui friuole vel ſine cauſa appellat non auditur: vt in. c. vt debitus de app. Item vbi res dilationem non recipit: non permittitur appellare. ſupra de app. l. conſtitutiones veluti ne teſtamentum aperiatur: vt. C. e. l. quiſquis Item ne frumentum in vſuꝫ militum contrahatur. C. e. l. fi. Item ne ſcriptus heres in poſſeſſionem inducatur. Item ſi ex perpetuo edicto aliquid decernatur: non permittitur appellare quo minus id fiat Item quo minus pignus vendere liceat appellari non poteſt īfra e. l. fi. Item non appellatur poſt lapſum decendij in aut. de app. §. ꝛ ſcimus coll. iiij. niſi ratione etatis vel alicuius cauſe pertinentis ad titulum in integrum reſtitutionis interueniat. ſupra de in inte. reſti. l. vl. ꝛ ſupra de mino. §. aut pretor. Item non appellatur ab executione vel executore ſententie: niſi in caſu quando excedit modum iudicationis: vel quando nimis cito exequitur ſententiam: vt. ſ. de app. l. ab executore. ꝛ. C. e. l. ab executione Item non appellatur a nominatione muneris publici vtilitate priuata: vt tutele vel cure: niſi quando reprobatur

xecutio.ſupra quando app.ſit.l.i.§.ſi quis.inſti.de excu.tu §.qui autē.Itē nō
appellat a ſnia condemnatoria criminis: cum publice interſit ſtatim puniri dāna
tos vt ſunt inſignes latrones: ⁊ ſeditionū concitatores vel duces factionū. vt.ſ.
de ap.l.cōſtitutiones: idē eſt in raptu feminarū. C.de rap.vir.l.i.§ ſin aūt Item
non appellat is quem publice conſtat eſſe debitorem. eo apte manifeſteq; conui-
cto.C.e.l.vl.Item nec appellat cōuict⁹ is: a quo fiſcalis calculi ſatiſfactio poſtu
latur: aut tributarie functionis ſolenne munus expoſcit.C.e.l.abſtinendū Item
non appellat quis tertio in eadem cauſa. ſecundo vero regulariter appellat.C.
ne liceat in vna eademq;.l.j. Interdum ſemel tantum appellatur in aut.d ſanc.
epi.§.ſi quis. et.C.de app.l.in offerendis.

## De libellis dimiſſorijs qui apoſtoli dicuntur

¶ Poſt appellatōem interpoſitam: iudex a quo appellatū eſt litteras dat ad eū dimiſſorie lr̃e
qui de appellatione cogniturus eſt: quas litteras dimiſſorias ſiue apoſtolos ap- Apl̃i ⁊ q̃liter
pellant. Senſus autem litterarū talis eſt: appellaſſe ticium a ſententia illi⁹ que petendi
inter illos dicta eſt Ideo a meo iudicio illū dimitto: ⁊ ad veſtrum examen dirigo
ad quod infra.de V.ſig.l.dimiſſorie. Sufficit autem petere apoſtolos inſtanter
et ſepius intra ſtatuta tempora: id eſt.xxx.dies: a die late ſententie.vt.C.e.l.iu-
dicibus ⁊ in.c.ab eo.de app.li.vi. ⁊ ſi iudex non det conteſtet appellans hoc ip-
ſum ⁊ nō nocebit ei ex q̃ p eū nō ſtat.C.de ap.l.eos.§.aplõs.⁊.ĩ.l.vna in fi.

## ¶ Nihil nouare appellatione interpoſita

¶ Appellatione interpoſita: ſiue ea recepta ſit ſiue non: medio tempe nihil noua
ri debet: puta executio ſententie: vel quid ſimile: ⁊ hoc ex duplici capite. Nam ſi
fuerit recepta appellatio: ex eo q̄ recepta eſt.vt in aut.vt cum de ap.cog.in p̃n.
et in aut.vt nulli iudi. Si vero non eſt recepta: tunc nihil debet nouari: ne p̃iudi
cium fiat appellationi: quouſq; deliberet vtrum recipienda ſit appellatio: an nō
Recepta autem appellatione: tādiu nihil erit innouandum: q̄diu de appellatio
ne pnunciatum ſit vtrum iuſta ſit vel non.vt.ſ.ti.ij.l.ſciendum: vel donec lapſa
ſint fatalia: q: tunc firma eſt ſentētia prima.C.de temp.ap.l.ſi.§.illud.

## Que ſententie ſine appellatione reſcinduntur

¶ Aliquando contigit q̄ ſententia lata: etiam ſi grauamen parti inducat: reſcin-
ditur tamen quāuis prouocatum non fuerit: vt cum contra ſacras conſtitutiones Snĩa reſcĩdit
iudicatur: appellationis neceſſitas remittitur.vt ſupra de app.l.expreſſū.fallit
hoc in certis caſibus no.ĩ.l.j.§.contra cum item per glo. Item cum quis cōdem
natur ex edicto pemptorio: quod neq; ſolenniter ppoſitum eſt vt debuit: neq; in
noticiam peruenit abſentis: talis enim ſententia vt conſtitutiones demonſtrant:
nullius eſt momenti.vt infra.l.j.§.cum ex edicto. Item ſi error calculi in ſenten
tia eſſe dicatur: appellare non eſt neceſſe. Item ſi quis cōdemnatur in rebus q̄
tempe dicte ſententie non ſunt in rerum natura. Item ſi quis cōdemnat in reb⁹
que in hūanis non ſint quo tempe iudex datus eſt. Itē ſi impoſſibile ſit p̃ceptū iu
dicis impoſſibilitate iuris vel nature.vt.ĩ.l.ij.⁊.iij. Item nulla eſt ſententia cū
non iudicauerūt omnes qui debuerunt iudicare.puta ex duobus delegatis alter
ſine reliquo iudicauit.C.e.l.cum ingr̃atus.⁊ in aut.vt iudi.non expec.ſacras.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſſ. §. ſi aũt duo. ⁊. ſ. de arb. l. ſicuti. Itẽ nulla eſt rõe exceſſe mete in multando vt. C. e. l. certa. ⁊. de modo. mulc. vel rõe exceſſi tpis in iudicãdo vt ſi erat delegatus datꝰ vt ꝓnunciaret ad certũ diem. C. e. l. cũ non eo die. Itẽ nulla ẽ rõe ꝑcij: ſi lata ẽ ꝑ pecuniaꝫ. C. e. l. venales. Itẽ decretũ noĩatiõis eſt ip̃o iure nullũ ꝓpter ꝑuilegiũ mioris etatis: vel veteranoꝝ. vt. C. e. l. pe. ⁊. vl. Sũt ⁊ alij modi pñtes qbꝰ ſentẽtia ẽ nulla ip̃o iure: q̃. no. C. de ſen. Et quõ. ⁊ quan. iudex.

## ¶ An ꝑ aliũ cauſe appellationũ reddi poſſunt

*Per quos appellatio exercenda*

¶ In cauſis vel rebus pecuniarijs etiã ꝑ aliũ cauſe appellationis reddi poſſunt Sin autem non ſit pecuniaria cauſa: ſed capitalis: per ꝓcuratorem agi nõ licet. ſupra de pub. iud. l. pe. §. ad crimen. Sed ⁊ ſi ea cauſa ſit ex qua ſequi ſolet pena vſq; ad relegationẽ excluſiue: incipiendo cõputari a capitali deſcenſiue: non oportet ꝑ alium cauſas agi: ſed ip̃m ꝑncipalẽ ꝑſonaliter auditorio adeſſe debere. Sꝫ ſi pecuniaria cauſa eſt: ex qua ignominia ſequit: poteſt ꝑ ꝓcuratorẽ hoc agi Et generaliter que cauſa ꝑ alium agi non poteſt: eius nec appellatio ꝑ alium agi cõceditur: vt. ĩ. l. j. in fi. Que autem cauſe ꝑ alios agi poſſunt ponit glo. ĩ. l. j. §. j. in verbo ignominia ⁊ glo. in. c. j. de iudi. li. vj.

*Que cãe ꝑ alios poſſint agi*

## Si tutor vel curator: vel magiſtratus creatus appellauerint

*A muneribus pub. non app.*

¶ Ubi qui ad munera publica nominati ⁊ electi appellauerint: ſi legitimas cauſas non ꝓbauerint periculo eoꝝ erit quicquid damni ꝑ morã appellatõnis reipub. acciderit Si aũt apparuerit eos neceſſario appellaſſe: eſtimabit preſes vel princeps: cui ſit hoc damnũ aſcribendum fa. ad hoc. ſ. de appel. impatores. §. ſi magiſtratus. ⁊. C. quando app. ſit. l. j. §. alia

## ¶ Eum qui appellauerit in ꝓuincia defendi

*Procurator domi dimittẽ.*

¶ Qui appellauerit ſi appellationis cauſa peregrinet animo ꝓſequendi vel exercendi appellationem: in prouincia ſua defendi debet in alijs cauſis: nec habet neceſſe ſe perſonaliter defendere: aut perſonaliter reſpondere. hoc enim illis preſtatur ne neceſſe habent ſe defendere: qui reipu. cauſa abſunt. ĩ. l. ij. tamen ſi non defendantur: fit miſſio: ⁊ vendicio bonoꝝ eius. vt. ſ. qui. ex cau. in poſſ. eat. l. ad cognitionem.

## Apud eum a quo appellatur aliam cauſam agere cõpellendum

*Iudex a q̃ in vna cã app. ẽ*

¶ Hoc iure vtimur vt q̃uis appellatio interpoſita ſit: tamen apud eundẽ iudicẽ a quo quis ꝓuocauit compelletur alias cauſas ſi quas habꝫ agere: cum habꝫ ibi domiciliũ: alias ꝯtra vt. ſ. de iudi. l. ij. §. et quoq;. Nec poteſt reputare iudicẽ ſibi offenſum vt non debeat coram eo experiri: vel agere: cum poſſit denuo ꝓuocare. C. de app. l. ⁊ in maioribus Sed eandem cauſam in qua appellauit: nullo modo ibi agere tenet vt. C. de app. l. eos. Immo ſi ageret diſcederet ab appellatiõe ſua. c. gratũ. §. j. de off. dele. ⁊ in. c. cũ veniſſet de teſ.

## ¶ Si pendente appellatione mors interuenerit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Aliquando appellatio porrecta ⁊ ſuſcepta ab initio: extinguitur ex poſt facto. Circa qđ ſciendum ꝙ morte rerum interueniente de quibus agit cauſam, poſtea nihilominus agi poſſe: ſi fuerit res talis que mortua poſſit eſſe vſui hominis puta porcus vel quid ſile: maxime cũ qs fuerit in mora, vt. ſ. đ ꝯdi. fur. l. ſi ſeruus furtiuus. §. bone. Si vero non poſſit eſſe in vſu hominis vt quia homo eſt: vel qđ ſimile qđ mihi tenebaris reſtituere: ⁊ deſijt eſſe in rerum natura: ad rem quidem vel ꝓpter rem ipam principaliter preſtandam agi non poteſt: ſed tamen agi poteſt ꝓpter peculium Item poteſt agi ad precium rei: ſi mora preceſſit mortẽ rei ſupra de V. ob. l. inter ſtipulantẽ. §. ſi ſtichũ. ⁊. C. e. l. quis Si vero cõtigerit mors ipſis litigatoribus: ſiquidem ciuilis erat cauſa: appellatio facta durabit etiam poſt mortem appellatoris: vt habeam neceſſe vel ꝓuocatõem exercere: vel ſtatutis acquieſcere. C. e. l. j. Si vero fuerit criminalis: ſiue reus: ſiue accuſator moriat: extinguitur cauſa: ſi tamen non expreſſe ſed tacite bonorum fuerit facta ademptio. tunc enim quia expreſſum eſt inualidum nec valet quod tacito ineſt. ſupra de F. ruſ. pdi. l. Item. §. qui habet: vbi vero expreſſe fit ademptio bonorum: quaſi due ſunt ſententie: quia duo ſunt capitula: vnde vno irritato nihilominus valet reliquũ. C. ſi reus vel ac. mor. fu. l. vl. Sed tamen vbi heres cauſam appellationis tenet proſequi vel exercere ad minus quattuor menſes habet ad exercendũ appellationem non ad deliberandum: etiam ſi minus ſupererat defuncto. Si vero plus ſupererat ei: illud habet. C. e. l. vl ⁊. C. de iur. deli. cum anterioribus.

Res litigioſa mortua

## De iure fiſci

¶ Varie ſunt cauſe ex quibus nunciatio ad fiſcum fieri ſolet: nam ſi ille qui eſt incapax: puta deportatus: hereticus: damnatus in metallo: natus ex damnato coitu: ſiue heres ſit ſiue legatarius vel fideicom. ſe defert fiſco: ⁊ ꝯfitetur ſe capere no npoſſe: vel ab alio preuentus defertur: vt. j. e. l. ſenatus. § ſenatus: vel ꝙ mors ab heredibus non vindicet. vt. C. vbi cau. fiſ. l. j. ⁊. C. de his qui. vt indig. l. j. vel ꝙ indignus heres quis nunciat. vt ſupra de his qui vt indig. l. indignũ: vel ꝙ princeps heres inſtitutus eſt: ⁊ teſtamentũ ſiue codicilli ſurrepti eſſet nunciant vel ꝙ dicatur quis theſaurũ inueniſſe in loco publico: vel fiſcali: vel ex preuaricatione fiſcum victum eſſe: vel talem deceſſiſſe qui in capitali crimine eſt damnatus: ⁊ bona expreſſe adempta: vel qui timore future pene ſe occidit: vel aliquem poſt mortem reum eſſe. vt ſupra de accu. l. ex iudiciorum: vel domum deſtructam eſſe per vim publicã: vel priuatam. ſupra ad. l. iul. de vi. pub. l. hi qui. vel ab accuſatione receſſum: ⁊ obiid de calũnia vel tergiuerſatione damnatũ eſſe: vel rem litigoſã venundari. vt. C. de liti. l. ſi. vel penam fiſco ex cõtractu priuato deberi j. e. l. aufert: vel quod a preſide: aduerſus legem cõmiſſum eſſe vel factum. vt. C. de aſſer. l. ꝯſiliarios. ⁊. C. ad. l. iul. repe. l. j. His enim caſibus: bona ad fiſcum deferuntur: ⁊ dicitur fiſcus ſuo iure talia bona occupare Sed nunciatio vacantium bonorum quadriennio finitur. vt infra. l. j. Dicitur autem fiſcus pecunia regis ſiue erarium publicum quo tales pecunie penales reponuntur. Inde dicit ꝙ omnia que turpiter queſita ſunt: vel cum peccato detinentur ſpectant ad fiſcũ vt in. l. lucius. infra. e. Et quod non capit chriſtus: capit fiſcus. vt ibi. ⁊. xvi. q vii. maiores ⁊ ꝓprie qđ ſit fiſcus ⁊ vnde dicatur ponit Bar. C. e. ſup rubrica li. x. et in. l. in ꝓuinciis in glo. largitionales. C. de mune. ⁊ actu. ⁊ de natura fiſci ponit bal. in quodam ꝯſilio quod incipit ſanctiſſima ⁊ illuſtriſſima.

Cãe fiſcales

Bona vacãtia

Fiſcus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## De captiuis et poſtliminio reuerſis et de redemptis ab hoſtibus.

Captiui ] ¶ Jure gentium capti in bello ſerui efficiunt capientium. vt inſti .de iur.na.§.
ius autem gentium. Nam imꝑatores iuſſerunt captiuos vendere: ac per hoc ſer
uare ne occiderent. inſti. de iur. per. §. ſerui autem: ⁊ qui ita in captiuitate fuerāt
a legitimis actibus ꝓhibebant. vt ſupra de teſta. l. lege cornelia in fi. ⁊. ſ͂. d lib.
Poſtliminiū; et poſt. l. pe. ⁊. vl. Secutum eſt autē poſtea ius poſtliminij. Quod eſt ius amiſ
ſe rei recuꝑande ab extraneo: moribus ⁊ legibus conſtitutum. vt habet̄. j. l. poſt-
liminium. j. rñſo. ⁊ dictū eſt poſtliminiū a limine ⁊ poſt: vnde etiam qui ab ho-
ſtibus captus eſt: ⁊ in fines noſtros poſtea ꝑuenit: poſtliminio reuerſum recte di
cimus. Nam ſicut in domo limina finem quēdam faciūt: ſic ⁊ imperij finē: limē
eſſe veteres voluerūt: ab eo poſtliminiū dictum: quia ad idē limen reuertebatur
quod amiſerat. vt inſti. qui mo. ius. pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus: Et cōpetit ius
poſtliminij. aut in pace. aut in bello. Jn bello cum hi qui nobis hoſtes ſunt ali-
quem ex noſtris ceperunt et intra preſidia ſua perduxerunt: nam ſi ex eodem bel-
lo is reuerſus fuerit: poſtliminiū habet: id eſt perinde omnia reſtituuntur ei iu-
ra: ac ſi captus ab hoſtibus non eſſet: ⁊ ſicut antequā in ꝑſidia hoſtium deduce-
retur: ciuis fuit: ita etiam intelligit̄ reuerſus: vt ſi ad amicos noſtros perueniat
Hoſtes aut intra preſidia noſtra eſſe ceperit. l. poſtliminij. j̄. e. Sunt autem hoſtes quibus
bellum publice populus romanus decreuit: vel ipſi populo romano: ceteri vero
latrunculi. vel ꝑdones appellantur: ⁊ qui a talibus capit̄ nō eſt ſeruus eorū: nec
poſtliminiū illi neceſſariū ē. l. hoſtes. j̄. e. vbi Bar. tractat an hodie inter chri-
ſtianos locum habeat ius poſtliminij.

## ¶ De re militari

¶ Res militaris dicit̄ que ad diſciplinā ⁊ exercitiū militie ꝑtinet hic dicitur ꝙ
Res militariſ omne delictū eſt militis quod aliter quam diſciplina cōmunis exigit cōmittitur
veluti ſegnitie: vel ꝯtumatie: vel deſidie. l. omne in ꝑn. j̄. e. Et officium regētis
Capitanei ex-ercituum exercitum: non tm̄ in danda ſed etiam in obſeruanda diſciplina cōſiſtit. Memi-
nerit enim qui armato preeſt: parciſſime dare cōmeatū: equum militarem extra
ꝓuintiā ſuā duci nō ꝑmittere: ad opꝰ ꝑuatū piſcatū: venatū: militē nō mittere. l.
Tribunoꝝ officium officiū i ꝑn. j̄. e. Officiū tribunoꝝ ē vl' eoꝝ q̄ exercitui ꝑſūt milites i caſtris ꝯtinē
re ⁊ ad exercitatōez ꝑducere: claues portaꝝ ſuſcipe: vigilias interdū circuire: fru
mentationibus cōmilitonū intereſſe frumentum ꝓbare. fraudē menſure coherce
re: delicta ſm̄ ſue auctoritatis modū caſtigare: querelas cōmilitonū audire: vali
Militū delic. tudinarios inſpicere. l. officiū. §. j. j̄. e. Sunt autē militū delicta quedam ꝓpria
quedā cum ceteris cōmunia: ꝓpriū militare eſt delictū: quod quis vti miles ad
Tranſfuga mittit: vt eſt tranſfuga: emanſor: deſertor: erro. Tranſfuga eſt qui ad hoſtes trāſ
Emanſor fugit ⁊ ſe militē dat: cui non licet. Emanſor eſt qui diu vagatus ad caſtra reuerti
Deſertor tur. Deſertor eſt qui ꝓlixum tempꝰ euagatus reducit̄. Erro q̄ nunq̄ redit. Pe
Erro na militū hmōi ē caſtigatio fuſtiū ⁊ verbeꝝ: pecuniaria multa: munerū indicto
militie mutatio: gradꝰ deiectio: ignominioſa miſſio: Jn metallū aūt ⁊ in opus me-
talli non dabunt̄ nec torquēt̄. infra. e. l. deſtorē. §. j. ij. ⁊. iij. Nec alias ſiles pe-
nas que plebeis ꝯueniunt. vt. ſ͂. de pe. l. moris. §. iſte. ⁊. C. de pe. l. honor. ⁊. C
de queſti. l. milites. ⁊ ideo hodie de ꝯſuetudine non ſuſpendunt̄ etiam ex delicto
Miſſiōis cāe ex quo plebeiꝰ ſuſpendit̄ vt dicit. glo. in dic. l. deſtorē in v. torquent̄. Miſſionū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

autem ex militia generales cauſe ſunt tres honeſta: cauſaria: ignominioſa: de quibus. ſupra de teſta. mili.

## De caſtrenſi peculio

In caſtrenſi peculio fili⁹ vicē p̄riſfamilias obtinet. l. ij. ſ. ad mace. ꝛ agit ī eo fili⁹ ſine ꝯſenſu p̄ris. tex. ꝛ ibi bar. ī. e. l. miles Eſt aūt caſtrenſe peculiū: qđ a parentib⁹ vel cognatis in militia degentib⁹ donatū ē: vel qđ ip̄e filiuſfa. militia acquiſiuit: qđ acq̄ſitur⁹ nō fuiſſet niſi militaſſet. infra. e. l. caſtrēſe. ita dicit glo. ī. c. licet de ſepul. li. vj. ꝛ in glo. inſti. p̄ quas p̄ no. ac. § j. de hoc ī. l. fori. ꝛ. ibi. Cy. C. de aduo. diuer. iudi. ꝛ. C. de in offi. teſ. l. fi. in. q. vl: ꝛ bar. infra. e. ſi forte. ꝛ l. fi. C. đ ſilentia. li. x. ꝛ bal. in. l. cū oportet. C. de bo. q̄ lib: Illud aūt qđ miles ī militia acq̄rit: quod acq̄ſiturus eſſet etiā ſine militia: id peculiū eius caſtrēſe nō eſt. dic. l. caſtrenſe in fi. ꝛ. ſ. ex qui. cau. ma. his q̄ reip. Et in hoc caſtrenſi multa ſunt ſpecialia: que hoc titulo tractant

Caſtrēſe peculium

## De priuilegijs veteranoꝝ

Veteranorum p̄uilegiū inter cetera etiam in delictis habet p̄rogatiuā: vt ſeparent a ceteris in penis: nec ad beſtias itaq; datur veteran⁹ nec fuſtibus cedit infra. l. j. Et veteranis ꝛ liberis veteranoꝝ idem honor habetur qui et decurionibus infra. l. iij. Sunt autē veterani: quibus honeſte ſacramento ſalutis data ē īmunitas vt colligit in. l. ij. infra. e. vel ſunt nō ſolum legionarij ſed omnis qui qualitercunq; militauit ꝛ honeſte eſt ab ip̄a militia abſolutus. l. ſed ꝛ milites. §. veteranus ſupra đ excu. tu. ꝛ preſertim ſi per viginti ānos militauit vt dicit glo. ſuper rubro. C. de vetera.

Veterani

# Liber quinquageſimus et vltimus huius.

## Ad municipiales et de incolis

Municipē facit aut natiuitas p̄pria vel paterna. infra. e. l. aſſūptio Aut manumiſſio: vt ei⁹ originez ſequat a quo fuit manumiſſus. infra. e. l. eius Aut adoptio dum durat. ī. e. ſi is Et p̄prie quidem municipes appellant muneris participes hinc et municipium ciuitas dicitur: eo quia recepti in ciuitate munera cū ciuib⁹ ſubeūt: id eſt publica officia Sed abuſiue municepes dicimus ſue cuiuſq; ciuitatis ciues: puta campanas: puteolanos: qui ex duob⁹ igit campanis parentibus natus eſt: campanus eſt Sed ꝛ ſi ex patre campano: matre autem puteolana: eque municeps campanus eſt: niſi forte p̄uilegio aliquo: materna origo inſpiciat: vt C. de incol. l. p̄uilegio: tunc eni materne originis erit municeps vt puta: ilienſib⁹ ꝯceſſum eſt vt qui matre ilienſi eſt: ſit eoꝝ municeps: etiā delphis et pōticis hoc idē tributū ꝛ ꝯſeruatū eſt. infra. l. j. § j. Incola ꝛ his magiſtratibus parere debet apud quos incola eſt: ꝛ illis apud quos ciuis eſt. l. incola. j. ī. e. Et dicit eſſe incola: quia illius ciuitatis q̄ incolit p̄cipuis: id eſt munerib⁹ ſeu officijs aut actib⁹ publicis vtit. l. ſcire. infra. e. vel qui in aliquā regionē domicilium ſuum ꝯtulit: ꝛ idem eſt q̄ aduena. l. pupillus. § j. infra de V. ſig.

Municeps

Municipium

Ilienſes

Delphi

Pontici

Incola

## De decurionibus ꝛ eoꝝ filijs

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## De decurionibus et eoꝝ filijs

Decuriones · Cōſiliarij · Curiales

Decuriones ſunt dicti ex eo: ꝙ initio cū deducerent colonie ſub conditione romanoꝝ: decima pars eoꝝ q̄ deducerent: ꝯſilij publici gratia cōſcribi ſolita ſit. l. pupillus. § decuriones. j. de v. ſig. de hoc. C. de ſa. liber. tol. in prin. erat eīm decurionatus ordo quidam in ciuitate ꝓuidens regimini ciuitatis ꝛ ſunt ꝯſiliarij ciuitatis vt glo. ſ. quod cuiuſqꝫ. vm. l. nō nulli. ꝛ no. C. q̄ ſit lo. ꝯſue. ſuper rubro. Et licet q̄libet poſſit mutare domiciliū ſuum vt ſupra ti. px. l. nihil. decuriones tamē qui ſedib9 ciuitatis ad quā ꝑtinent relictis in alia loca tranſmigrauerint. ꝑſes ꝓuincie reuocabit in patriū ſolum ꝛ muneribus ꝯgruentib9 fungi curet. l. j. infra. e. Et in quo differat decurio a curiali no. C. e. ſuꝑ rubrica. li. x. Et quē honorē ꝛ qđ onus habeāt decuriones. no. ibi. in. l. j. glo. j.

## De albo ſcribendo

Albū ꝑtoris

Album erat tabula quedā vel paries dealbatus vel murus in quo edicta publica ꝑtorum cōſcribebant. vt dicit glo. inſti. de act. § penales: ꝛ in clem. dudum de iudi. de quo Spe. ti. de dol. ꝛ con. § reſtat. Et qui tale albū corrūpebat egregie punit. l. ſi ꝗs id qđ. ſ. de iur. om. iud. ꝛ in hoc albo deſcribebant etiā decuriones eo ordine quo quiſqꝫ eoꝝ maximo: in municipio functus ē ꝛ ꝓ vt vnuſqſqꝫ eoꝝ in ordinē venit. l. j. infra. e. Et in hoc albo decurionū ꝛ municipū āſcribebant nomia eoꝝ qui dignitates: ꝑncipis iudicio ꝯſecuti ſunt: ꝛ poſtea eorum q̄ tm̄ municipalibus honoribus functi ſuut. l. ñ. infra. e.

## De muneribus ꝛ honoribus

Munera ciui. · Vehicłarꝫ res · Nauicularis · Decē ꝑmatus · Perſonalia munera · Pr̄imoniale munus

Munerū ciuiliū quedam ſunt pr̄imonij: quedam ꝑſonaꝝ: quedā mixta. Patrimonij munera ſunt rei vehicularis ſcꝫ ꝑbens vehiculū ad onus portandū. ſ. loca. l. cum in plures. § vehiculum. Itē nauicularis: id eſt ꝑbens nauē. ꝛc. ſ. decem ꝑmat9: id eſt cuiuſdam qui ꝑerat decē: idem dicit decaprotes. vt infra. l. iij. § decaprotes: quia ab iſtis decē ꝑmatib9 periculo ipoꝝ exactōes ſolenniū functionū celebrant. Perſonalia ſunt ciuilia munera: vt defenſio ciuitatis: id eſt vt ſindicus fiat. Legato ad cenſus accipiendos: vt patrimoniū ſcribat. Item cura ꝑdioꝝ publicoꝝ: frumenti cōparādi: aqueduct9: equoꝝ circenſiū ſpectacula: publice vie munitōes: arce frumentarie: calefactōes thermaꝝ: annone diuiſio: ꝛ quecunqꝫ alie ſunt cure ſimiles iſtis. Et generaliter perſonale munus eſt: qđ corporibus cum labore ꝛ ſolicitudine animi ac vigilantia ꝑncipaliter exiſtit. Patrimoniale vo eſt in quo ſumꝯtus maxime poſtulat. l. j. § j. ꝛ. ij. infra. e. Qđ autē ad honores ꝑtinet: etiam is qui in patris poteſtate eſt filium in poteſtate habet. l. ij. infra. e. Et q̄ originē ab vrbe roma habent: ſi alio loco domicilium conſtituerint: munera eius ſuſtinere debent. l. iij. in ꝑn. infra. e. Que autē ꝓprie dicūtur munera patrimonioꝝ ꝛ que ꝑſonalia habetur ad longū in. l. muneꝝ. infra. e. et de mixtis in dic. l. munerū § mixta.

## De vacatione ꝛ excuſatione muneꝝ

Licet omnis excuſatio ſue equitate nitit. Si tamē ꝑtendentibus aliquid ſine iudice: id eſt ſine cauſe cognitione credi deberet: aut ſi paſſim ſine tꝑis ꝑfinitiōe ꝓut cuiqꝫ libuerit: ꝑmiſſum fuerit ſe excuſare: non erunt qui munera neceſſaria in reb9 publicis obeant. l. j. in ꝑn. infra. e. qđ malū eſſet. vt. ſ. de ori. iur. l. ij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

§.poſt originē.quare nemini vacatio vel excuſatio a muneribus tribuit̄ niſi cā
ꝑ iudicē cognita.Eſt autem vacatio defectio vel ceſſatio et vacre id eſt deficere. Vacatio.
vt.j.de uar.et extraor.cog.in rubro.ꝛ in.l.j. circa prin.Itē vacare eſt intēde=
re vel operā dare ſ.de arbi.l.nō diſtinguem⁹.§.ex cōpromiſſo.de quo per. Jo
an.c.ij.X.ſup ſcholis.ne cle.vel mo.Et de vacatione ab offitio quēadmodū in
hoc titulo accipitur ponit pulchre ange.in ꝯſilio ſuo.cc.lxxxij.quod incipit pū=
ctus.Excuſatio aūt eſt exceptio q̄ ab eo ꝓponit̄ qui munus .i. officium publicū Excuſatio.
ſubire haberet aīo illud euitādi vel ſubt̄fugiēdi.de q̄b⁹ h in.l.ij.ꝛ i.l.i. hono.

## De iure immunitatis.

¶Titulus ſ proximus ad munera euitanda:hic ad euitādos honores datur.li
cet quedā leges diuerſis modis in vtroqꝫ ponētur.Vel ibi de ſubeundis:hic de
euitandis:et eſt ſimilis diuerſitas titulorum.C.de aduo.diuer.iudicioum.ꝛ de Immunitates
ad.diuer.iudicū.Immunitates date ꝑſonis:heredib⁹ nō relinquunt̄.ſed gene=
ri poſteriſqꝫ date:in ꝑpetuū ſuccedentib⁹ durāt.l.iiij.j.e.Et dicit̄ immunitas
ꝓuilegiū quoddā vel remiſſio a iure ad non ſubeunda munera vel honores con=
ceſſa:qualia multa enumerant̄ hoc titulo:quedam etiam.ſ.ti.ꝓxe

## De legationibus.

¶Legatio eſt functio publici muneris extra territoriū:vel ꝓuintiā aut locū cō= Legatio.
ſtituētis ſubeunda.Et eſt legat⁹ principis:vel alterius reip.nūtius aut orator Legatus.
ꝓ aliq̄ ambaſiata vel aliquod nudū miſteriū exercendū de q̄.j.diſ.iuſgentiū et.
xcvij.diſ.ꝑ to.maxie in.c.nobiliſſim⁹.Et tales legati quaten⁹ reip.cauſa abſūt
habēt excuſationē a munerib⁹ ꝛ honorib⁹.vt hoc ti.ꝛ inſti.de excu.tu.§.fi.poni
tur etiā hic pena eius legati q̄ legationē deſeruit:cū diſtinctiōe ex q̄ cauſa deſer
uerit vt in.l.j.ꝛ.ij.ꝛ q̄ꝫ diu habet vacationē poſt reditū.no.in.l.paulus.

## De adminiſtratione rerum ad ciuitatē pertinētiū.

¶Quod ad certā ſpēm ciuitatis relinq̄tur in alios vſ⁹ ꝯuertere nō licet.j.l.j.
niſi i caſib⁹.vt.j.e.legatū.ꝛ.ſ.de vſufr.lega.l.legatū ciuitati.ꝛ.j.de ope.pub. Adminiſtratio.
l.pe.ꝛ de polli.l.impatores in fi.ꝛ.C.de expen.lu.l.j.li.xi.Mgr̄atus reip.nō publicanarum
dolū ſolūmō ſed etiā latā negligētiā hoc āpli⁹ etiam diligentiā debent id eſt cul
pam leuē.l.magiſtrat⁹.j.e.et generalit̄ quō oīes res ad vſum reip.ſpectātes
vl' ei⁹ curā ꝑ publicas ꝑſonas geri et adminiſtrari debent hic tractatur.

## De decretis ab ordine faciendis.

¶Quecūqꝫ ad collegiū vl' vniuerſitatē ꝑtinēt:n̄ alit̄ tractari debēt aut collegio
ꝓiudicare:q̄ꝫ ſi ab ipſo ordine eiuſdē ꝓfeſſionis decretum intercedat.Illa qꝫ de Decreta facta
creta q̄ non legittimo numero decurionū coadunato facta ſunt:non valent.l.ij. ab ordine.
j.e.Non dicitur aūt aliter ab ordine factum:q̄ꝫ duabus ꝑtib⁹ adhibis.l.iij.j.e
Si aūt due ꝑtes nō adſunt:poteſt inter duas numerari q̄ꝫ ipſa decreuerit.ſ.qō
cuiuſqꝫ vniuer.l.nulli.ꝛ.l.plāe.Et qō ſemel ordo decreuit:n̄ oportꝫ id reſcindi:
niſi ex cā.vt ſi forte ad publi.vtilitatē reſpiciat reſciſſio ꝑoriſ decre.l.qō ſel.j.e.

## De operibus publicis.

¶De operibus q̄ in muris vel portis vel in rebus publicis fiunt:aut ſi muri ex Opa publi.

truant: preſes aditus pncipē cōſulere debet .ff.l.de opibus: qui eſtimabit an locari: vel deſtrui debeant ꝓpter pericula.l.ſi legatū.ff.e.ꝛ.ſ.ne quid in lo.ſa.fict.l.ſi.Et dicit opus publicū: quod ad vtilitatē aut vſum reip. principaliter ptinet. Et qui huic operi preeſt: curator operum publicoꝝ appellat.ff.l.j.tit.

Curator operū publicorū. prin.ꝛ.l.ij.§ curatores. Cuius officiū eſt obtinere a preſide ne fines publici a priuatis detineant: ꝛ ſi qui publici ſunt a puatis ſeparent. et publici redditꝰ augeantur. Et ſiqua loca publica vel edificia in vſu priuatoꝝ iuenerit: eſtimare vtrū ne vendicanda in publicum ſint: an vectigal ibi meliꝰ ſit imponi: et illud qđ vtilius eſſe reip. intellexerit ſequi.l.ſi legatum in fi.infra.e.

## De nundinis.

Nūdine. ¶ Nundine ſunt immunitas a pncipe cōceſſa ad habendū generale forum in ſua poſſeſſione vl' villa vel caſtro. vt ponit.glo.in l.j.ff.e. Et poteſt cōcedi a ſolo pncipe: et nō vtendo q̄ inpetrauit hoc puilegium decēnij tpe: vſum amitit.l.j.ff.e. Sunt autē nundine neceſſarie ꝛ hominibꝰ ꝑ q̄ vtiles eo ꝙ et ſumme prudētie ꝛ auctoritatis apud grecos plato in libro ſecundo ciuilis cōuerſationis: in ciuitate bene beateq; inſtituta negociatores in primis neceſſarios dixit. Indiget eñ ciuitas pluribꝰ ruſticis ꝛ alijs miniſtrantibꝰ inuehentibus in vrbē et euehentibus ſingula. hi autē ſunt negociatores qui diuerſas merces afferunt.l.ij.ff.e. Et ſic nundine dicūtur celebratio generalis fori. vt hic. ꝛ.C.de nun. et.ſ.de acq. poſſ.l.clam poſſidere.§ qui ad nundinas. Jo.an.in.c.nauiganti de vſur. aliter accipitur hoc verbum.ſ.ꝓ ſoc.l.ſocietas. Et ille qui inpetrauit ſup nundinis reſcriptum. nullū in mercantibꝰ atq; nundinis: ex mercibus negociatorū debet cōuenire aut venalicijs vel locorū tēporali queſtu et comodo puata exactioe nullū debet inſequi. vel ſub ptextu priuati debiti moleſtiā inferre cōcurrentibus ibidē. Concurrentes eñ habent exceptionē interim dum ſteterint nūdine. qui eñ impetrauit reſcriptū: debet eſſe cōtentus eo comodo. ꝙ ꝓpter forum eius terra impinguatur. Sed alij in nundinis cōtrahētes: bene poſſunt conuenire debitores ſuos. quos obligauerūt: habentes ibidem pergulam vel ſtationē. vt.ſ.de iudi.l.heres.§ pinde et.C.e.l.j.ꝛ in.c.j.§ ꝯtrahentes.de fo.ꝯ.li.vj.

## De pollicitationibus.

¶ Pollicitatio eſt ꝓmiſſio ſponte et nemine rogāte facta: policemur enim ſpō

Pollicitatio. te: ꝓmittimus rogati vel coacti. Ser.ſup.j.en.: et differt i hoc a pacto qꝛ pactū eſt duorum cōſenſus et conuentio. Pollicitatio vero offerentis ſolius ꝓmiſſum.l.iij.ff.e. Et licet regulariter de iure ciuili ex nudo pacto non oriat actio vt diximus.ſ.de pac. Ex pollicitatione tamē q̄ quis facit reip. puta opus ſe facturum uel pecuniam daturum quis obligatur: et hoc ſi ob honorez ꝓmiſerit ſibi decretum: id eſt ab ordine datum vel dandum: vel ob aliam iuſtā cauſam. Si vero ſine cauſa ꝓmiſerit: non erit obligatus: et ita multis conſtitutionibus et veteribꝰ et nouis continet. Si tamē ſine cauſa ꝓmiſerit: et facere inceperit: obligatus eſt

Cepiſſe dicit. qui cepit.l.j.infra.e. et dicitur cepiſſe ſi fundamenta fecerit vel locuz purgauerit: vel ſi locus illi petēti deſtinatus eſt: vel ſi apparatum ſiue impenſam in publico poſuit vt ibi.

## De varijs et extraordinarijs cognitioni-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## bus et ſi iudex litem ſuam feciſſe dicatur.

¶ Preſes ꝓuintie de mercedibus ius dicere ſolet: extra ordinē officio iudicis
implorato: ſed ꝑceptoribus tm̄ ſtudioꝝ liberaliū. Liberalia autē ſtudia dicun- — Liberalia ſtudia.
tur ea q̄ greci gymnaſia appellāt. vt ſunt rhethores grāmatici et geometre. me-
dicoꝝ quoqꝫ eadē eſt cauſa q̄ et ꝓfeſſorum: niſi ꝙ iuſtior cum hi ſalutē hominuꝫ — Extra ordineꝫ ius dicen.
agant: illi ſtudioꝝ curā. et ideo his quoqꝫ extraordinē ius dici decet. Eſt auteꝫ
extraordinē ius dicere: implorare offitium iudicis ad mercedem ꝯſtituendaꝫ et
ſoluendā et dandum ſalarium: etiā ſi a principio nō fuerit ꝯſtituta merces vt. ĩ
.l.j.§.medicoꝝ et in ip̄a rubrica et. ſ̄. ď dec ·ab ordīe fa.l. ābicioſa.§.fi. ad idem
C. de ꝓfeſſ. ⁊ me. l. medicos. li. x. Cognitionū aūt numer⁹: cū ex varijſ cauſis de
ſcendat: in genera diuidi facile nō pōt: niſi ſummatim diuidat̄ in quattuor ſpēs.
Aut em̄ de munerib⁹ ſiue honoribus gerendis agitat̄. Aut de pecuniaria re di — Cognitionum numerus.
ſceptatur. Aut de eſtimatiōe alicui⁹ id eſt fama vel opiniōe cognoſcit̄. Aut de ca
pitali crimine q̄rit̄. ĩ.l. pe. Iudex autē q̄ litē ſuā fecerit ꝯtra equitatē ꝓnuncian — Iudex faciens litē ſuam.
do non ꝓprie ex maleficio obligatus videt̄: ſed qꝛ nec ex cōtractu obligat⁹ eſt et
vtiqꝫ peccaſſe aliq̄d intelligit̄ licet ꝑ imprudentiā: ideo videt̄ quaſi ex maleſitio
teneri in factū actiōe et inquantū de ea re equū religioni iudicantis viſuꝫ fuerit
penā ſuſtinebit. ĩ. e. le. fi. et inſti. de ob ex qua. male. ꝯ. ē. prin.

## De proxenetis.

¶ Proxeneta eſt q̄ inq̄rit voluntates aliquoꝝ ſcd̄m glo. hic ſuꝑ rubro. et dicitur
apud nos licitator ſiue mediator: deducit̄ a proxeniſo q ď eſt hoſpicio coapto. et — Proxeneta.
ꝓprie dicitur cōpoſitor et mediator emibiliū et vēdibiliū: media videlicet iſta ꝑ
ſona per ꝙ aliquis contractus celebrandus vel in eundus ꝓcurat̄. et ei⁹ merceſ
vel remuneratio dicit̄ proxeneticū q̄ et philotropha dicunt̄. infra. l. i. et iure li-
cito peti poſſunt. infra. l. j. hos et greci paranymphos appellant ꝑ̄ſertim ſi con- — Philotropha
ditionis alicuius ad matrimoniū vel amicitie querēde inter aliquos: vel aſſeſſu — Paranimphi
re vel alicuius alterius rei proxeneto et ꝓcurator ſit. Sunt em̄ huiuſōi hoīm of-
ficine: in magnis ciuitatibus: non improbabiles in venditionibus: cōmertijs: ⁊
ꝯtractibus licitis. Immo vtiles. l. fi. in fi. infra. e.

## ¶ De cenſibus.

¶ Cenſus eſt preſtatio tributi. vel eſt annua penſio q̄ de ꝓuentib⁹, rerū immobi
lium datur. no. j. q. iij. q̄ſitum. et in quo differat a tributo ponit bar. in. l. j. ſ̄. de — Cenſus.
pub. et vec. et Io. an. in. c. ad audientiā de ꝑ̄ſcrip. et ibi do. Ant. Et in quo dif- — Penſio.
fert cenſus a penſione no. glo. in clem. j. de ſupp. neg. ꝑ̄l. in ꝟ. penſiones. Eſt
auteꝫ ſciendum ꝙ italia nō preſtat tributū: quia dn̄a ꝓuinciarum in aut vt om. — Italia.
obe. iudi. §. hoc conſiderantes in glo. ꝓuintias coll. v. ne princeps ꝓuinciarum
facta ſit ſub tributo. vt dicit glo. C. ſine cen. et reli. l. omnes. licet albericus di-
cat ꝙ ē ancilla ancillaꝝ. cās vi. ꝑ arch. xxiij. q. v. nō vos. Sūt em̄ q̄dā ciuitates
q̄ ſūt iuris italici vt nō ſoluāt cēſū vl' tributū romanis de quibus. l. fi. infra. eo. et
quedā colonie. de quib⁹ in. l. j.

## De verborum et rerum ſignificatinoe.

¶ Cum omne ius quo vtimur vel ad perſonas vel ad res vel ad actiones per-
tineat vt inſti. de iur. na. §. fi. de quibus omnibus in hoc volumine pandectarū — Verbum.
dictum eſt. Sed quia in his vertunt̄ multe dubitationes circa verborum et rerū
expoſitiones et interpretatiōes ideo de hoc ponit. Verbū q̄n̄qꝫ ſtricte ponit̄ ꝓut



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

eſt pars orationis ſignificatiuū actionis et paſſionis. hic autē largius ponit̄ ſm
denomīationē𝔷. ꝓ qualibet parte orationis. Et dicit̄ verbū ab aeris verberatu.
quod ꝯmune accidens eſt omnibus ꝑtibus orationis. Rei etiā verbum ē hic vt
generale accipiendū ꝓ qualibet re mobili vel immobili aut ſe mouēti vt dixim⁹
ſ. de re. cre. Et verba ſignificant actiue: ſed res paſſiue: q𝔷 verba ſignificant: ſed
Significare. res ſignificant̄. Et eſt ſignificare: demōſtrare rē de qua querit̄ ꝓprio nomine ei
attributo. ſed hic largius ſumit̄ vt etiā ſit ꝓpriū nomen nō interueniat: ſed quo-
cunq̄ modo deſignet̄ res vt ſ. ſi certum pe. l. certū. De ſignificatione autē ver-
Nota. borum pleniſſime et ꝑfectiſſime tradere nō poſſum⁹. Sunt em̄ quedā que non
recipiunt ꝑfectam doctrinam: vel ꝓpter infinitatem: vt in omnib⁹ extra ordina.
criminibus puniendis. vel ꝓpter confuſionem rei: vt cum q̄ritur qn̄ ſit mora fa-
cta. ſ. de vſur. l. mora. vel ꝓpter infidelitatem hominū: vel varietatem ꝑſonarū
vt cum q̄ritur quanta fides ſit habenda teſtibus: et ideo dicit lex. non poſſe om-
nes caſus qui qn̄doq̄ inciderint lege cōprehendi. vt. ſ. de. le. et ſe. con. l. neq̄.
et. l. non poſſunt. et alibi: ꝙ plura ſint negotia q̄ꝫ vocabula. ſ. de preſcrip. ver.
. l. natura.

## De regulis iuris.

Enumerato ſpecialiter omni iure pretorio et ciuili per titulos diuerſos tractā
te de perſonis rebus actionib⁹ in q̄bus omne ius conſiſtit. vt. ſ. de ſta. ho. l. j.
nunc generales diffinitiones ſiue traditiones annectem⁹. Nec em̄ nouum eſt vt
quibuſdam ſpecialiter enumeratis: generalis quedā ſubijciat̄ clauſula que om-
nia cōprehendat vt. ſ. ad. l. acq̄lia. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. Eſt autē re-
gula multorū ſimiliū collectio ſcd̄m grāmaticos. vel eſt q̄ rem q̄ eſt breuiter enar
Regula. rat. Et dicit̄ regula quia regit normā recte viuēdi prebet inde regularis quaſi
recte viuens: vel ſub regula viuens. Dicitur etiam regula. eo ꝙ recte ducit nec
Perſius. aliorſum trahit. Perſius. appoſita intortos oſtendit regula mores. Eſt em̄ regu
la rectitudinis vel certitudinis forma: ꝑ q̄ꝫ ſcriptor nouit modū recte ſcribendi:
et ſecator modum recte ſecandi et ſic de ſimilibus. Ita ꝑ regulas modum recte
Per q̄ verba iudicandi cognoſcimus. iij. vii. regula quaſi regulariter vera: q̄uis paciatur ex
ꝯſtituit̄ regla ceptiones. quia exceptio eſt de regula. xxxij. q. ij. dominus noſter. Et conſtituit̄
regula per verba que de ſua natura omnia cōprehēdūt. vt ſunt vniuerſalia affir
Offitiū regle matiua et negatiua. Itē ꝑ verba negatiua: et indiffinitiua q̄ eq̄pollent vniuerſali
C. de here. ven. l. vlti. Offitium regule eſt plures ſimiles caſus ſimul iungere
clauo rationis. ī. e. l. j. ibi quaſi cauſe cōiūctio eſt. ⁊c̄. Et ſolet dici ꝙ per regulā
non ſtatuit̄ ius ſed ex iure ſumit̄ regula. et ideo ꝓprie loquēdo dici debuiſſet nō
de regulis iuris ſed de iure regularum. Allegatur tamē regula ꝓ iure. nō tam
ex origine q̄ꝫ ex forma et potior eſt eius cauſa ꝓ quo facit regula: habet enim ad-
uerſarius neceſſe oſtendere rationē q̄re in illo caſu regula non loquat̄ vt dicit
glo. e. ti. li. vj. ſup rubro. Quid aūt ſit ius vnde dicatur dictū eſt ſ. d̄ iuſ. ⁊. iur.
et ſumitur hic ꝓ noſtro iure ſc𝔷 ciuili: non canonico.

Expliciūt tituli digeſtorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf